| a | | f | q | b | XVII | kalend. | Romæ Marcelli papæ. | 18 | 24 | 16 | 16 | q |
| | i | | r | c | XVI | kalend. | | 7 | 25 | 17 | 17 | r |
| | | | s | d | XV | kalend | Romæ Priscæ virginis. Sol in Aquarium. | | 26 | 18 | 18 | s |
| e | k | g | t | e | XIV | kalend. | | 15 | 27 | 19 | 19 | t |
| | | | u | f | XIII | kalend | Sebastiani martyris, et Fabiani episcopi. | 4 | 28 | 20 | 20 | u |
| | l | | a | g | XII | kalend. | Passio sanctæ Agnæ virginis. | | 29 | 21 | 21 | x |
| i | | h | b | A | XI | kalend | Natale sancti Vincentii diaconi. | 12 | 0 | 22 | 22 | y |
| | m | | c | b | X | kalend. | Emerentianæ virginis. | 1 | 1 | 23 | 23 | z |
| | | | d | c | IX | kalend. | Timothei apostoli. | | 2 | 24 | 24 | a |
| o | n | i | e | d | VIII | kalend. | Conversio sancti Apostoli, in Damasco. | 9 | 3 | 25 | 25 | b |
| | | | f | e | VII | kalend. | Sextus mensis Ægyptiorum Mechir hic incipit. | | 4 | 26 | 26 | c |
| | o | | g | f | VI | kalend. | | 17 | 5 | 27 | 27 | d |
| u | | k | h | g | V | kalend. | Octava sanctæ Agnæ virginis. | 6 | 6 | 28 | 28 | e |
| | p | | i | A | IV | kalend. | | | 7 | 29 | 29 | f |
| | | | k | b | III | kalend | Aldegundis virginis. | 14 | 8 | 30 | 30 | g |
| a | a | l | l | c | II | kalend. | | 3 | 9 | 31 | 31 | h |

MARTYROLOGIUM.

Primum nunc Jani vocitatum nomine mensem,
Unde sacratus est, recolatque festa canemus.
Kal. Quod veteres coluere patres, umbramque futuri,
Exposuit sancta Christi de Virgine nati,
Circumcisa caro, jam sacrat ecce Kalendas,
Basiliusque sacer meritorum splendet honore ;
Euphrosyna simul nitet Almachiusque beatus.
IV n. Macarius quartum Nonarum dedicat astum,
Qui tenuit docuitque eremi pius accola morem.
III n. Tertia Nonarumque dies celebrat Genovefam.
II n. Tum pridie Nonis augenti festa recurrunt,
Nonæ. Hinc Nonas Simeon confessor possidet almus,
Papa Telesphorus iisdem pariterque coruscat.
VIII id. Octavo ante Idus agitur Theophania sanctum.
VII id. Septima ab Ægypto Christum celebratque relatum,
Antiochena suum recolit quoque plebs Lucianum.
VI id. Iduum post sexto Eugeniano vota feruntur.
V id. Quinto Vitali, Fortunato et Revocato.
IV id. Quarto Melciades Paulusque eremita beato,
Sublati fine ætherea lætantur in arce.
III id. Salvius hinc ternas Carthagine consecrat Idus.
II id. Plebs Itachia suum pridie recolit Cyriacum.
Idus. Idibus Hilario Pictavæ militat urbis,
Plebs devota suo pastor quam fulcit honore.
XIX k. Quam nonam et decimam constat Februi ante kalendas
Esse diem, felix sacer et confessor adornat.
B XVIII k. Bisque novenam Habacuc simul et Micheas honorant.
XVII k. Septima post decimam Marcelli martyris, atque
Pontificis summi meritis, et nomine fulget.
XVI k. Sextaque cum decima Antonii virtute dicatur :
Hæc etiam socio geminorum pollet honore
Lingona quos uno celebrat plebs marmore tectos.
XV k. Quinta et dena simul Prisca pro martyre gaudet.
XIV k. Bis septena Niceto Hautmaroque coruscat.
XIII k. Tertia post decimam Fabiano præsule floret,
Cui parili Sebastianus virtute cohæret,
Roma quem vectum nunc Suessio læta frequentat.
XII k. Bis sexta est Agnes, quam virgo et martyr honorat.
XI k. Undecimam Levita sacer Vincentius ornat,
Huic et Anastasium virtus conjungit opimum.
X k. Post Emerentianæ decimo laus emicat ampla.
IX k. Nono martyrium Babilæ virtusque coruscat.
VIII k. Octavo ex seclo conversum gloria Paulum,
Projectumque suum celebrans Arvernus adornat.
VII k. Septima moxque dies Polycarpi sanguine fulget,
Smyrnæ quem vero celebrant pro rege crematum.
Punica terra suum sexto veneratur annum,
VI k. Sulpitius, Bathildis et Adelgund quoque vernant.
V k. Quintum progenies Romana Agnæ dicat almæ.
IV k. Quarto martyrium Papiæ Maurique refulget.
Tunc et Valerio Treviri pro præsule gaudent.
III k. Tertia quod Hippolytum Antiochenæ personat urbi.
II k. Saturnine tuum egregium Thyrsique tropæum,
Victorisque simul jam determinat orbem.

Principium Jani sancit tropicus Capricornus.

Januarii Februariique menses Numa Pompilius anno adjecit, utrique viginti octo tribuens dies, sed postea Januario unum diem, propter imparem numerum qui diis superis congruebat, addidit, et eum Januarium a Jano nuncupavit, primumque anni esse voluit, tanquam bicipitis Dei mensem, respicientis ac prospicientis transacti finem, futurique principia. Quidam autumant eum inde vocatum quod limes et janua sit anni.

Notandum est quod undecimo anno in quarto Nonarum Januarii luna finitur in embolismo, qui in- A scribitur Secundo Nonarum Decembris. Anno decimo et luna Januarii, in Kalendis Februarii finitur.

A decimo sexto Kalendarum Februarii, usque in decimum sextum Kalendarum Martii, ubicunque decima-luna occurrerit, in proxima Dominica die post illam habes Septuagesimam.

Mense Januario sanguinem non minuas. Potionem contra offocationem accipe, et electuarium sume; et calcem ex optimo vino plenum jejunus bibe, propter infusionem sanguinis. Gingiber et reuponticum sume.

Jani prima dies, et septima fine timetur.

Hora scilicet prima primi dici, ut plurimum, etiam quinta illius septimi.

## FEBRUARIUS.

Secundus mensis Romanorum. Habet dies viginti et octo. Luna vero viginti et novem. Nox horarum quatuordecim est, et dies tantum decem.

Undecimus mensis Hebræorum Sabath, habet in hoc mense locum, et tertius mensis Græcorum, Peritios.

| | | | | | | | Numerus aureus. | Græci numeri lunæ. | Numerus dierum Februar. | Numerus dierum anni. | Alphabeta 16 in anno. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | m | d | Kalendæ | Brigidæ virginis. | | 10 | 1 | 32 | i |
| | b | | n | e | iv non. | Hypapanti Domini, sive oblatio Christi ad templum. | 11 | 11 | 2 | 33 | k |
| e | | m | o | f | iii non. | Blasii episcopi et martyris | 19 | 12 | 3 | 34 | l |
| | c | | p | g | ii non. | Ingenuini episcopi et martyris. Fidicula vesperi occiditur. | 8 | 13 | 4 | 35 | m |
| | | | q | A | Nonæ | Agathæ virginis et martyris. | | 14 | 5 | 36 | n |
| i | d | n | r | b | viii idus | Vedasti confessoris. | 16 | 15 | 6 | 37 | o |
| | | | s | c | vii idus | Julianæ virginis. | 5 | 16 | 7 | 38 | p |
| | e | | t | d | vi idus | Veris initium. Habet dies nonaginta unum in | | 17 | 8 | 39 | q |
| o | | o | u | e | v idus | ortu Pleiadum mediastino. Initii principium. | 13 | 18 | 9 | 40 | r |
| | f | | a | f | iv idus | Scholasticæ virginis, sororis sancti Benedicti. | 2 | 19 | 10 | 41 | s |
| | | | b | g | iii idus | Desiderii episcopi et martyris. | | 20 | 11 | 42 | t |
| u | g | p | c | A | ii idus | Hic aves incipiunt cantare. | 10 | 21 | 12 | 43 | u |
| | | | d | b | Idus | Infernus hic factus est. | | 22 | 13 | 44 | x |
| | h | | e | c | xvi kal. | MARTII.] Romæ Valentini presbyteri et martyris. | 18 | 23 | 14 | 45 | y |
| a | | q | f | d | xv kal. | Faustini et Jovittæ martyrum. Sol in Pisces. | 7 | 24 | 15 | 46 | z |
| | i | | g | e | xiv kal. | Septuagesima. | | 25 | 16 | 47 | a |
| | | | h | f | xiii kal. | Pantaleonis martyris. | 15 | 26 | 17 | 48 | b |
| e | k | r | i | g | xii kal. | Diabolus a Domino recessit. | 4 | 27 | 18 | 49 | c |
| | | | k | A | xi kal. | | | 28 | 19 | 50 | d |
| | l | | l | b | x kal | | 12 | 29 | 20 | 51 | e |
| i | | s | m | c | ix kal. | Veris ortus, secundum Isidorum. | 1 | 1 | 21 | 52 | f |
| | m | | n | d | viii kal. | In Antiochia, cathedra sancti Petri apostoli. | | 2 | 22 | 53 | g |
| | | | o | e | vii kal. | Zenonis martyris. | 9 | 3 | 23 | 54 | h |
| o | n | t | p | f | vi kal. | Matthiæ apostoli. Hic locus bissexti. | | 4 | 24 | 55 | i |
| | | | q | g | v kal. | Valdpurgæ virginis. | 17 | 5 | 25 | 56 | k |
| | o | | r | A | iv kal. | Fortunati. Septimus mensis Ægyptiorum Phanemoth. | 6 | 6 | 26 | 57 | l |
| u | | u | s | b | iii kal. | Sexagesima. | | 7 | 27 | 58 | m |
| | p | | t | c | ii kal. | | 14 | 8 | 28 | 59 | n |

### MARTYROLOGIUM.

Nunc etiam Februi texemus carmine cursum,
Quæque ferat pariter festorum signa dierum.
Kal. Brigida virgo potens Februi sibi prima Kalendas
Scotorum sancit miro celebrata favore.
iv n. Quartum Nonarum templo illatus dicat Agnus,
Quo lustrante Deo in unum plebs credula templum,
Mente pia locat acceptum, sternitque tribunal.
iii n. Ternis et nonis Lupicino festa sacrantur,
Hisque cruore pio Celerinus cum Celerina,
Enitet Ignatius Laurentinusque beati.
ii n. Tum pridie Nonas Aquilinus vindicat almus,
Antistesque inter Phileas cum Philoromo.
Nonæ. Sicaniæ populos Nonis sibi subdit Agathæ
Virginis eximio virtus celebrata decore.
viii id. Idibus octavis martyr Dorothea coruscat.
vii id. [a] Augulæ septenis mundum vincendo triumphas.
Tum quoque ver primos consurgit astris in ortu
vi id. Senas Dionysius ornat et Æmilianus.
v id. Quinis Ammonem recolunt pia vota beatum.
iv id. Sother, Hyreneus et Scholastica virgo quaternis,
Egregia pariter meritorum laude nitescunt.
iii id. Ternis hunc Desiderius Lugduna coronat,
Mœnia; Parthenio et Calocero Roma refulget.
ii id. Eulaliæ festum pridie sanguisque coruscat,
Urbs Barcynon eximia qua martyre gaudet.
Idus. Idibus æthereum Julianus scandit honorem,
Sponsa beata animum cœlo cui jungit ovantem.
xvi k. Tum decimo sextoque die præeunte Kalendas,
Mart. Martyr Vitalis nitet et Felicula virgo,
Atque Valentinum memorant sua gesta beatum.
B xv k. Hinc decimo et quinto meritum clarescit Agapes,
Hocque die pœnis cæsos veneratur acerbis
Brixia Faustinum celebrem, sanctamque Jovittam
Hic etiam geminos scandit sol sidere Pisces.
xiv k. Quartus cum decimo Juliana martyre lucet,
Onesimumque colit Paulo doctore beatum.
xiii k. Tertius ac decimus Polocroni festa revolvit,
Donatique fides, sanguis, quos jungit et ara,
xii k. Bissenumque diem Martialis sanctus honorat.
xi k. Publius undecimum simul et Julianus adornant.
x k. Mox decimus laudem recolit, famamque coronat.
ix k. Victorine tuo nonus de nomine fulget.
viii k. Octavoque Petri cathedræ doctrina coruscat,
Urbs læta Antiochi, quo primum præsule vernat.
vii k. Septimus eximio Polycarpi splendet honore
Presbyter ore, fide, Christi qui jussa secutus
Martyrio turbam potuit servare fidelem.
vi k. Sextus apostolica radiat virtute Mathiæ,
Occultumque diu caput hoc Baptista retexit.
Hic Bissextus enim quartoque intexitur anno.
v k. Quinta dies Crescenti augetur laude beati.
iv k. Nestore quartus ovat socio pariterque Theone.
iii k. Tertius Hesperiæ Leandro antistite floret.
C ii k. Macario pridie Rufinus jungitur almus,
Hic finis Februi concludit lumina mensis.

Hi tres versus qui æque ordine cæterorum non incipiunt, ex Martyrologio segregantur.

Quivis quartus annus habet Februarium viginti novem dierum, bissexti causa.

Mense Numæ in medio solidi stat sidus Aquarii.

[a] Versus mendosus, nec solus, ut legenti patebit. EDIT.

Februarium a Februo, id est a Plutone inferorum deo, Numa nominavit, qui lustrationum potens [*F.* parens] esse credebatur, lustrarique eo modo se [*F.* eo mense] civitatem necesse erat, quo statuit ut justa diis Manibus vota solverentur. Ideo hunc pari numero diis inferis congruo dedicavit.

Februarius in bissextili anno trigesimam debet accipere lunam, quia et luna quadrantem proba ur habere. Reliquis vero semper annis, viginti novem debet habere. Sed in undecimo anno, in Kalendis Februarii trig sima fit luna, quæ non Februario, sed Januario deputatur.

A septimo Idus Februarii, usque in Nonas Martii, ubicunque secunda luna evenerit, in proxima Dominica die post eam habes Quadragesimam.

Epactæ solis, id est concurrentes septimanæ dies, aptissime in Kalendas Martii mutantur, quia si eas secundum in Kalendas Januarii mutaveris. in bissextili anno bis illas mutare necesse habes; ita ut in Januario et Februario intermissis in solari cyclo concurrentibus utaris; in Martio vero et cæteris mensibus, illis quas in eo de cyclo ascriptas inveneris. Ad concurrentes vero inveniendas, id est [*An leg.* dies?] præsentibus adjicitur ut sequentes inveniantur. In quarto autem semper anno, duo propter bissextum adduntur, et nunquam septenarium numerum transgrediuntur. Post viginti quoque et octo annos, ad principium semper reditur.

De pollice sanguinem minues, sic tamen ut ante accipias ad deponendum diagridium confectum, et quando hoc es bibiturus, intra in balneum calidum, et cum omnia membra cœperint calefieri, tunc aquam calidam cum vino mixtam bibe: cataplasma capiti imposito, oculos turbulentos sanat. Betas non comedas, quoniam venenum habent.

Ast Februi quarta est, præcedit tertia finem.

Hora scilicet octava quarti diei, ut plurimum, et quinta alterius, cavenda.

## MARTIUS.

Tertius mensis Romanorum. Habet dies triginta et unum. Luna vero triginta.
Nox horarum tredecim est, et dies tantum undecim.

Duodecimus mensis Hebræorum Adar, habet in hoc mense locum,
et quartus mensis Græcorum, Distros.

| | | | | | | | Numerus aureus. | Græci numeri lunæ. | Numerus dierum Martii. | Numerus dierum anni. | Alphabet. 18 in anno. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| a | a | a | a | d | Kalendæ | Donati martyris. | 3 | 9 | 1 | 60 | o |
| | | | b | e | VI non. | Romæ Simplicii papæ. | | 10 | 2 | 61 | p |
| | b | | c | f | V non. | | 11 | 11 | 3 | 62 | q |
| e | | b | d | g | IV non. | Adriani cum sociis suis. | 19 | 12 | 4 | 63 | r |
| | c | | e | A | III non. | Septimà luna embolismi endecadis. | | 13 | 5 | 64 | s |
| | | | f | b | II non. | Primi mensis initium, juxta Latinos. | 8 | 14 | 6 | 65 | t |
| i | d | c | g | c | Nonæ | Perpetuæ et Felicitatis. Tertia luna embolismi octod. | | 15 | 7 | 66 | u |
| | | | h | d | VIII idus | Initium primi mensis secundum Orientales. | 16 | 16 | 8 | 67 | x |
| | e | | i | e | VII idus | Sanctorum quadraginta militum. | 5 | 17 | 9 | 68 | y |
| o | | d | k | f | VI idus | In Bobio Athalæ virginis. | | 18 | 10 | 69 | z |
| | f | | l | g | V idus | | 13 | 19 | 11 | 70 | a |
| | | | m | A | IV idus | Gregorii papæ Romæ. | 2 | 20 | 12 | 71 | b |
| u | g | e | n | b | III idus | Macedonii presbyteri. | | 21 | 13 | 72 | c |
| | | | o | c | II idus | Innocentii papæ. | 10 | 22 | 14 | 73 | d |
| | h | | p | d | Idus | Finis initii post dies triginta quinque | | 23 | 15 | 74 | e |
| a | | f | q | e | XVII kal. | Aprilis.] | 18 | 24 | 16 | 75 | f |
| | i | | r | f | XVI kal. | Patritii episcopi. | 7 | 25 | 17 | 76 | g |
| | | | s | g | XV kal. | Sol in Arietem. Primus dies sæculi. | | 26 | 18 | 77 | h |
| e | k | g | t | A | XIV kal. | Potentianæ virginis. | 15 | 27 | 19 | 78 | i |
| | | | u | b | XIII kal. | Initium decimæ quartæ lunæ. | 4 | 28 | 20 | 79 | k |
| | l | | a | c | XII kal. | Benedicti abbatis. Æquinoctium secundum Orientales. | | 29 | 21 | 80 | l |
| i | | h | b | d | XI kal. | Sedes epactarum. | 12 | 30 | 22 | 81 | m |
| | m | | c | e | X kal. | Initium Paschæ, a luna quindec., usque in vigesimam primam | 1 | 1 | 23 | 82 | n |
| | | | d | f | IX kal. | Locus concurrentium. Æquinoctium, juxta quosdam. | | 2 | 24 | 83 | o |
| o | n | i | e | g | VIII kal. | Annuntiatio virginis Mariæ. Dominus crucifixus est. | 9 | 3 | 25 | 84 | p |
| | | | f | A | VII kal. | Romæ Castoli mart. Montani presb. Maximæ uxoris ejus. | | 4 | 26 | 85 | q |
| | o | | g | b | VI kal. | Resurrectio Domini. | 17 | 5 | 27 | 86 | r |
| u | | k | h | c | V kal. | Octavus mensis Ægypti Pharmuthi. | 6 | 6 | 28 | 87 | s |
| | p | | i | d | IV kal. | Gregorii Nazianzeni. | | 7 | 29 | 88 | t |
| | | | k | e | III kal. | Dominini martyris. | 14 | 8 | 30 | 89 | [u |
| a | a | l | l | f | II kal. | Balbinæ virginis. | 3 | 9 | 31 | 90 | x |

MARTYROLOGIUM.

Martius insigni feriatus tempore demum,
Quorum præmineat breviter dicemus honore.
Kal. Martis Donatus tenet Albinusque Kalendas.
Senis mox Nonis Heraclus Paulusque coluntur.
VI non. Quinas Magra pio Nonas defendit amore,
V non. His et Emitherius Celedonius atque Marinus,
Asteriusque micant effuso sanguine clari.
IV non. Lucius hinc papa pretiosâ morte quaternis,
Martyrum et octingentorum turba optima fulget.
III non. Ternas martyr habet meritorum nomine Phocas,
Sanguine qui mortem vicit, virtute draconem.
II non. Victorinus ovat pridie Victorque retrusi
Carcere, qui celso penetrarunt astra volatu.
Nonæ. Nonis Felicitas micat, et Perpetua, castam
Quæ Christo vita ii felici morte dicarunt.
VIII id. Idus octavas martyr Cyrillus et una
Consimili retinet venerandus honore Rogatus.
VII id. Septenis quadrageno sub milite festum
Armeniæ recolunt unum sacra templa minoris.
VI id. Senis Gaius, Alexanderque coluntur eisdem,
Quadragena et bina cohæret turba cruore,
Quos pariter sæva celebramus Perside cæsos.
V id. Candidus hinc quinas sibi Valeriusque retentant.
B IV id. Quartam mox Iduum finis tuus, alme Gregori,
Consecrat æterna cœlum quo laude petisti.
III id. Presbyter et ternas Macedonius implet honesta
Conjuge Patritia et nata comitante Modesta.
II id. Euphrosius pridie Petro cum martyre fulget.
Idus. Thessala plebs Idus matrona martyre servat
XVII k. Septima post decimam Aprilis de more kalendis
Præcedens Cyriaci et Largi splendet honore,
Smaragdique simul pretioso sanguine vernat.
XVI k. Bis octo ia tuo Parici nomine pollet,
Scothica gentilem miserate per oppida cultum,
Hac quoque Getrudæ redduntur vota beatæ.
XV k. Præsul Alexander ter quinam possidet altam,
Presbyter et Romam Pigmenus sanguine lustrat
XIV k. Bis septena Joanne eremi cultore coruscat.
XIII k. Tertia cum decima Gutbretti laude nitentes
Anglorum ducit per mystica gaudia plebes.
XII k. Tum duodena fide Benedicti et nomine fulget,
Cœnobiale decus duce quo lætatur in orbe.
XI k. Undecima antistes tribuit pia lumina Paulus,
Quo jure exsultat proprio Narbona magistro.
X k. Felix hinc decimam et Theodorus cum Juliano
Ornant eximia virtutum laude ferendi
IX k. Romulus et nonam pariterque Secundulus implet.

| | |
|---|---|
| VIII k. | Angelus octava venturum nuntiat Agnum,<br>Agnus et ipse cruce mundi pro morte levatur. |
| VII k. | Septima Montanum memorat cum conjuge sancta,<br>Atque simul quadrageno cum martyre passum. |
| VI k. | Agni surgentis resplendet sexta triumpho. |
| V k. | Quinta Priscus, Alexander Malchusque coluntur.<br>Hanc quoque Guntrammus migrans rex optimus or- [nat. |
| IV k. | Eustathius quarta virtutis laude coruscat,<br>Abba Columbano nituit Quirite magistro. |
| III k. | Tertia Dominino comite et Victore refulget. |
| II k. | Diodolus pridie emicat Anesusque beati,<br>Hic Martis volvens determinat orbita mensem. |

Martius hic falcem retinens vult cædere vitem.

Martii mensem cum sequentibus novem mensibus Romulus ordinavit, primumque anni mensem illum esse constituit, et eum Martii, cujus se filium credi voluit, dicavit, eo quod hoc mense constet Junonem peperisse Martem in Phrygia. Unde et a Marte Martius nominatur.

In anno undecimo, luna quæ debuit in Kalendis Martiis vigesima nona esse, vigesima octava fit, A propter quartum embolismum, qui inseritur secundo Nonarum Decembris anno decimo. Quod si bissextus eo anno fuerit, vigesima nona erit. Sed hæc luna non Martii, sed Februarii est. Martii autem luna in quinto Nonarum ipsius accenditur.

A duodecimo Kalendarum Aprilis usque in decimum quartum Kalendarum Maii, ubicunque decima quarta luna contigerit, in proxima Dominica die post illam Pascha rite celebratur.

Ab octavo Idus Martii usque in Nonas Aprilis, quæcunque luna accensa fuerit, primi mensis Hebræorum Nisan initium facit.

Mense Martio, dulcimen jejuni comedant, et merum dulce bibant; agramen coctum edant, et raphana confecta: calido balneo usitent, sanguinem non minuant, solutionem non accipiant, quia ipsa solutio frigores generat: potio eorum sit ruta et libystica.

Martis prima necat, cujus sic cuspide quarta est. Hora scilicet prima primi diei, ut plurimum, et B etiam secunda hora diei quarti, cavenda.

## APRILIS.

Quartus mensis Romanorum. Habet dies triginta. Luna vero viginti et novem. Nox, horarum undecim est; et dies, tredecim.

Primus mensis Hebræorum Nisan, habet in hoc mense locum, et quintus mensis Græcorum, Xandicos.

| | | | | | | | Numerus aureus. | Græci numeri lunæ. | Numerus dierum aprilis. | Numerus dierum anni. | Alphabet, 16 in anno. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | m | g | Kalendæ | Quintiani martyris. | | 10 | 1 | 91 | y |
| | b | | n | A | IV nonæ | | 11 | 11 | 2 | 92 | z |
| e | | m | o | b | III nonæ | | 19 | 12 | 3 | 93 | a |
| | c | | p | c | II nonæ | Ambrosii episcopi Mediolanensis. | | 13 | 4 | 94 | b |
| | | | q | d | Nonæ | Finis primi mensis. | 8 | 14 | 5 | 95 | c |
| i | d | n | r | e | VIII idus | | | 15 | 6 | 96 | d |
| | | | s | f | VII idus | | 16 | 16 | 7 | 97 | e |
| | e | | t | g | VI idus | | 5 | 17 | 8 | 98 | f |
| o | | o | u | A | V idus | Septem virginum Antonii confessoris. | | 18 | 9 | 99 | g |
| | f | | a | b | IV idus | | 13 | 19 | 10 | 100 | h |
| | | | b | c | III idus | Romæ Leonis papæ. | 2 | 20 | 11 | 101 | i |
| u | g | p | c | d | II idus | Rupti sunt fontes abyssi, et factum est diluvium. | | 21 | 12 | 102 | k |
| | | | d | e | Idus | Passio sanctæ Euphemiæ. | 10 | 22 | 13 | 103 | l |
| | h | | e | f | XVIII kalend. | Tiburtii, Valeriani et Maximi. | | 23 | 14 | 104 | m |
| a | | q | f | g | XVII kalend. | | 18 | 24 | 15 | 105 | n |
| | i | | g | A | XVI kalend. | Ægypto fidicula occidit vesperi. | 7 | 25 | 16 | 106 | o |
| | | | h | b | XV kalend. | Sol in Taurum. | | 26 | 17 | 107 | p |
| e | k | r | i | c | XIV kalend. | Finis decimæ quartæ lunæ primi mensis. | 15 | 27 | 18 | 108 | q |
| | | | k | d | XIII kalend. | | 4 | 28 | 19 | 109 | r |
| | l | | l | e | XII kalend. | Senesii martyris. | | 29 | 20 | 110 | s |
| i | | s | m | f | XI kalend. | Maximi martyris. | 12 | 1 | 21 | 111 | t |
| | m | | n | g | X kalend. | Finis Paschæ, juxta Latinos. | 1 | 2 | 22 | 112 | u |
| | | | o | A | IX kalend. | Georgii martyris et Adelberti episcopi et martyris. | | 3 | 23 | 113 | x |
| o | n | t | p | b | VIII kalend. | Nonus Ægyptiorum mensis Bacho, | 9 | 4 | 24 | 114 | y |
| | | | q | c | VII kalend. | Marci evangelistæ. Litania major, Romana. | | 5 | 25 | 115 | z |
| | o | | r | d | VI kalend. | Cleti papæ. | 17 | 6 | 26 | 116 | a |
| u | | u | s | e | V kalend. | Noe intravit in arcam in principio anni. | 6 | 7 | 27 | 117 | b |
| | p | | t | f | IV kalend. | Romæ Vitalis martyris. | | 8 | 28 | 118 | c |
| | | | a | g | III kalend. | | 14 | 9 | 29 | 119 | d |
| a | a | a | b | A | II kalend. | Quirini episcopi et martyris. | 3 | 10 | 30 | 120 | e |

### MARTYROLOGIUM.

| | |
|---|---|
| Kal. | Virgineo insignes Agape et Chionia serto<br>Aprilis socio sacrant sibi jure Kalendas. |
| IV n. | Lugduni quartis nonis sacer urbe Nicetus. |
| III n. | Evagrius ternis splendet martyrque Benignus,<br>Atque pari fulget Theodosia virgo nitore. |
| II n. | Ambrosius pridie æthereum penetravit honorem. |
| Nonæ. | Nonis virgo pia de morte refulget, hærent (sic), |
| VIII id. | Idibus octavis Xystus martyrque sacerque<br>Præeminet, Adriano mortem sub Cæsare passus. |
| VII id. | Diogenes septenis Eleusiusque feruntur. |
| VI id. | Maximus et senas idus tenet atque Solutor. |
| V id. | Lampade septena quinis micat Idibus alto<br>Virgineus radians simul æthere flosque decorque. |
| IV id. | Ezechiel vates sancto dicat ore quaternas. |
| III id. | Pontifice et summo ternæ irradiante Leone,<br>Splendent, ore, manu, Christi qui pavit ovile. |
| II id. | Julius antistes pridie Romana revisit<br>Mœnia catholico clarus pro dogmate pastor. |
| Idus. | Idibus, Hermingilde, patrem, rex alme, furentem<br>Persentis, verum referens de morte triumphum. |
| XVIII k. | Octava et decima Maias superante Kalendas<br>C Valerianus ovat, fraterque Tiburtius, ipsos<br>Maximus effuso comitatur sanguine miles. |
| XVII k. | Septima Olympiadem, decimæ conjuncta, beatam<br>Monstrat, eamque simul defendit Maximus alter. |
| XVI k. | Sexta et dena Chariso Callistoque refulget,<br>Quos mare septena mersos cum plebe beavit. |
| XV id. | Mappalicus quintadecima Hermonesque Petrusque,<br>Collucent merito virtute et sanguine clari. |
| XIV k. | Bis septena Eleutherius, mater quoque sancta<br>Anthia præcellent vitam moriendo secuti. |
| XIII k. | Gaio, Aristonico, Ruffo, Hermogene, atque Galato,<br>Tertia cum decima expedito (sic) et martyre fulget. |
| XII k. | Marcellinus, Domninus, Vincentius, atque [F æque]<br>Nomine bissenam radiant, festoque fideque<br>Festa Synesii celebrantur martyris almi, |
| XI k. | Pontifices tumulo, doctrina et morte beati,<br>Undecima Gaius pariter Simeonque coluntur. |
| X q. | Terni presbyteri decimam ternaque coronant<br>Palma Parmeniusque, Elimenes Chrysotelusque;<br>Hac quoque divino patuerunt prodita nutu<br>Corpora martyrio Ecclesiam lustrantia trino,<br>Dionysii, Rustici, Eleutheriique beati.<br>Felicemque sacrum gemino dignumque ministro, |

IX k. Nona docet Fortunatumque et Achillea junctos,
Hac etiam, invicto mundum qui sanguine temnis,
Infinita refers, Georgi sancte, trophæa.
VIII k. Martyr Alexander triceno martyre lætus,
Ac terno octava Lugduni mœnia sancit.
VII k. Mox evangelico Marcus tonat ore beatus,
Septima quo capit eximium redimita nitorem.
VI k. Sextaque pontificis recolit certamina Cleti
Richarioque nitet vitæ cultore beatæ.
V k. Quinta Anastasium papam celebramus, eidem
Anthimus antistes digna virtute cohæret.
IV k. Quarta Vitalem Christi pro nomine cæsum
Commemorat, vitam meruit qui morte perennem.
III k. Tertia pontifices ara meritisque dicatos,
Agapium, pariterque Secundinum veneratur.
II k. Martyrii Jacobus similem et Marianus honorem,
Sortiti pridie finem metantur Aprili.
Purpureo quem flore sibi ver sancit Aprilem,
Dicemus, quibus attollat sua gaudia festis.

Aprilis rastrum tollendo temperat agrum.

Aprilem mensem, quasi *aperilem*, Romulus nominavit, eo quod in illo remotis nubibus, pruinis ac tempestatibus hybernis, cœlum, terra, mare, horoscopis, agricolis, nautis aperiantur: arbores quoque et verbæ in germen, sed et animantia quæque in prolem se aperire incipiant.

Computista scire debet, quod in octavo et decimo nono anno luna Aprilis in Maio finitur, propter duos embolismos, qui faciunt lunam trigesimam, in secundo Nonarum Aprilis, decimo tertio anno; et in tertio Nonarum Aprilis, decimo nono anno. Item anno undecimo in Kalendis Aprilis, luna trigesima est, scilicet hæc Martio deputatur.

A septimo Kalendarum Maii usque in decimum Junii, terminum Rogationum vigesima luna declarat.

Mense Aprili bonum est sanguinem minuere. Potionem ad solvendum accipere. Carnes recentes comedere. A radicibus abstinere. Sanguinem intercutaneum minuere. Calidis usitare. Dolorem stomachi purgare. Unguento calastico usitare. Potio eorum sit betonica et pipinella; et raphanum manducent: quia tunc nascuntur scabies et caligines. Qui hæc custodierit, sanitatem naturalem restaurabit.

Aprilis decimo est, undeno et fine timetur.

Hora scilicet prima decimi diei, ut plurimum, et etiam nona hora alterius diei, cavenda.

## MAIUS.

Quintus mensis Romanorum. Habet dies triginta et unum. Luna vero triginta. Nox horarum octo est, et dies sedecim.

Secundus mensis Hebræorum Jair, habet in hoc mense locum, et sextus mensis Græcorum, Artemisios.

| | | | | | | | Numerus aureus. | Græci numeri lunæ. | Numerus dierum Maii. | Numerus dierum anni. | Alphabet. 10 in anno. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | b | | c | b | Kalendæ | Philippi et Jacobi apostolorum. Valdpurgæ virginis. | 11 | 11 | 1 | 121 | f |
| e | | b | d | c | VI non. | | | 12 | 2 | 122 | g |
| | c | | e | d | V non. | Alexandri, Eventii et Theodoli. Juventio sanctæ crucis. | 19 | 13 | 3 | 123 | h |
| | | | f | e | IV non. | Floriani martyris. Umbra absumitur in Meroe. | 8 | 14 | 4 | 124 | i |
| i | d | c | g | f | III non. | Ascensio Domini. | | 15 | 5 | 125 | k |
| | | | h | g | II non. | Joannis apostoli ante portam Latinam. | 16 | 16 | 6 | 126 | l |
| | e | | i | A | Nonæ. | | 5 | 17 | 7 | 127 | m |
| o | | d | k | b | VIII idus | Victoris martyris. | | 18 | 8 | 128 | n |
| | f | | l | c | VII idus | Æstatis initium. In ortu vigiliarum matutino, diebus 90. | 13 | 19 | 9 | 129 | o |
| | | | m | d | VI idus | Gordiani et Epimachi. | 2 | 20 | 10 | 130 | p |
| u | g | e | n | e | V idus | Fidiculæ ortus. Arcturique exortus matutinus. | | 21 | 11 | 131 | q |
| | | | o | f | IV idus | Nerei, Achillei, Pancratii. | 10 | 22 | 12 | 132 | r |
| | h | | p | g | III idus | Sanctæ Mariæ ad martyres. | | 23 | 13 | 133 | s |
| a | | f | q | A | II idus | Pachumii abbatis. | 18 | 24 | 14 | 134 | t |
| | i | | r | b | Idus | Descendit Spiritus sanctus super apostolos. | 7 | 25 | 15 | 135 | u |
| | | | s | c | XVII kal. | Primum pentecostes. | | 26 | 16 | 136 | x |
| e | k | g | t | d | XVI kal. | Octava sanctorum Gordiani et Epimachi. | 15 | 27 | 17 | 137 | y |
| | | | u | e | XV kal. | Sol in Geminos | 4 | 28 | 18 | 138 | z |
| | l | | a | f | XIV kal. | Potentianæ virginis et martyris. | | 29 | 19 | 139 | a |
| i | | h | b | g | XIII kal. | | 12 | 30 | 20 | 140 | b |
| | m | | c | A | XII kal. | Valentis martyris. | 1 | 1 | 21 | 141 | c |
| | | | d | b | XI kal. | | | 2 | 22 | 142 | d |
| o | n | i | e | c | X kal. | | 9 | 3 | 23 | 143 | e |
| | | | f | d | IX kal. | Ultimus terminus Rogationum. | | 4 | 24 | 144 | f |
| | o | | g | e | VIII kal. | Romæ Urbani papæ. Æstas oritur, juxta quosdam. | 17 | 5 | 25 | 145 | g |
| u | | k | h | f | VII kal. | Augustini episcopi Anglorum. | 6 | 6 | 26 | 146 | h |
| | p | | i | g | VI kal. | Decimus Ægyptiorum mensis Pauni. | | 7 | 27 | 147 | i |
| | | | k | A | V kal. | Parisiorum Germani episcopi. | 14 | 8 | 28 | 148 | k |
| a | a | l | l | b | IV kal. | Maximini episcopi et confessoris in Treveri. | 3 | 9 | 29 | 149 | l |
| | | | m | c | III kal. | | | 10 | 30 | 150 | m |
| | b | | n | d | II kal. | Petronellæ virginis. | 11 | 11 | 31 | 151 | n |

MARTYROLOGIUM.

Kal. Maias prima sacrat Christi doctrina Kalendas,
Frater ex his Domini Jacobus micat atque Philippus,
Hieremiasque simul vatum celebratur opimus,
Rexque Sigismundus fuso pro sanguine regnat.
VI n. Sextus hinc Nonis, Athanasi magne, refulges,
Arria quo primum periit victore colubra.
V n. Præsul Alexander quinas et Eventius ornant,
Theodolusque, Dei pariter pro nomine cæsi,
His quoque celsa crucis radiant vexilla repertæ,
IV n. Sylvanus quartas Antonia cum Floriano,
Perpetua cingunt mentis virtute decori
III n. Stelliferum ternis Christus transcendit Olympum,
Hilarioque Arelas pollet Vienna Niceto.
II n. Præcelsum pridie celebrant Romana Joannem
Templa Dei, qui pleno hausit de pectore verbum.
Nonæ. Morte pia nonas Juvenalis sanctus honorat.
VIII n. Idibus octonis Mediolani urbe coruscat
Martyr præcipuo venerandus Victor amore.
VII id. Ter centum radiant septenis Idibus una
Martyrio denique simul decorante beato.
VI id. Senis Gordianus et Epimachus ob unam
Cæduntur Christi pariter laudemque fidemque,
Has quoque Job patiendi exemplo sanctus honorat.
V id. Quinas eximio antistes splendore Mamertus
Insignit, solemne Deo qui ferre litamen
Jejunii instituit ternis sub luce diei,
IV id. Virgo tuos colimus comites Domitilla quaternis,
Nerea, Pancratium, cum quis et Achillea sanctum
Primus apostolico docuit tinxitque lavacro,
Quos Petrus egregia Romæ cum virgine junctos.
III id. Servatium ternis veneramur in Idibus almum.
II id. Pachomius pridie Victorque simulque corona
Splendent, hic eremita potens, illique cruoris
Martyriique Deum socia virtute secuti.
Idus. Pontifices septem Hesperiam simul Idibus ornant.
XVII k. Septima Timothei cum dena nomine lucet,
Veridica Paulus docuit quem voce beatus.
XVI k. Sextaque cum dena peregrino martyre vernat.
XV k. Quintam cum decima martyr Dioscorus implet.
XIV k. Bis septena Pudentiana virgine claret.
XIII k. Cum dena tertiam retinet fulcitque Basilla,
Baudeliusque simul ti abeatus sanguine vernat.

XII k. Bissena Pollus, Eutychius atque Timotheus,
Præsul et hac Deo martyrque Valens venerandus,
Augia te lætis ducit per gaudia vous.
XI k. Undecimam Castus sacer Æmiliusque dicarunt.
X k. Lingonicam decima Desiderius sacrat urbem,
Antistesque martyrque Dei galeatus honore
Donatianus, Mamnetes cum Rogatiano,
IX k. Fremque pio exornat fidei certamine nonam.
VIII k. Octava Urbanus meritorum stemmate fulget,
Insula quem doctrina simul sanguisque beavit.
VII k. Augustine, tuum commendat septima nomen,
Lactea quo renitent Anglorum milia verbi,
Principe quo Christum domiti sensere Britanni.
VI k. Julius hinc sextum miles martyrque venustat.
V k. Quinto Parisii Germanum turba frequentat,
Tunc quoque pontificem celebrat sua Roma Joannem.
IV k. Maximine, tibi quarto Trevir alta coruscat.
III k. Tertius Hugberto papa et Felice dicatur.
II k. Tum pridie Petronella Petri de germine sancto
Fulgida virgo micat Christi trabeata decore,
Hinc Maium æstivo primum sub sole calentem,
Quæ longisque ferat, promemus vota diebus.
Cantius et Cantianus cum Cantianella
Collucent, Maium hæc claudunt solemnia mensem.

Alligat ad fustes hic Maius in ordine vites.

Maius in honorem majorum, sicut Junium in honorem juniorum: in quos populum divisit, Romulus A nominavit: altera enim parte armis, altera consilio tueri rempublicam voluit.

Contendunt alii, Maiam Mercurii matrem, Maio nomen dedisse: quia in hoc mense mercatores Maiæ Mercurioque sacrificabant.

In anno octavo, luna quæ debuit in Kalendis Maii vigesima octava esse, vigesima septima fit, propter tertium embolismum, qui secundo Nonarum Martii inseritur. Item in anno decimo nono, luna quæ debuit in Kalendis Maii vigesima nona esse, vigesima octava invenitur, propter embolismum septimum, qui tertio nonarum Martii incipit.

A septimo idus Maii, usque in octavo Idus Junii, ubicunque quarta luna occurrerit, in proxima Dominica die post illam Pentecostes celebratur.

Mense Maio nullum penitus caput comedant; calidum bibant; calidis usitent; caput purgent; venam hepaticam incidant, et potione contra offocationem accipiant; cataplasma capiti imponant, oculos tur- B bulentos sanat, pruriginem mundat, urinam curat; olera frigida esitent: agramma sumant; bibant absynthium, fœniculum et pyretrum et gilganum.

Tertius est Maio lupus, est et septimus anguis.

Hora scilicet septima, decimi diei, ut plurimum, et etiam decima hora alterius diei, cavenda.

## JUNIUS.

Sextus mensis Romanorum. Habet dies triginta. Luna vero viginti et novem. Nox, horarum sex est: et dies, octodecim.

Tertius mensis Hebræorum Sivan, habet in hoc mense locum, et Octavus mensis Græcorum, Deseos.

| | | | | | | | Numerus aureus. | Græci numeri lunæ. | Numerus dierum Junii. | Numerus dierum anni. | Alphabet. 16 in anno. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| e | | m | o | e | Kalendæ | Nicomedis martyris. Simeonis in Treveri. | 19 | 12 | 1 | 152 | o |
| | c | | p | f | IV non. | Marcellini papæ et martyris. Petri exorcistæ. | 8 | 13 | 2 | 153 | p |
| | | | q | g | III non. | | | 14 | 3 | 154 | q |
| i | d | n | r | A | II non. | Initium de signis, secundum Græcos. | 16 | 15 | 4 | 155 | r |
| | | | s | b | Nonæ | Bonifacii Archiepiscopi. | 5 | 16 | 5 | 156 | s |
| | e | | t | c | VIII idus | Hic desinunt aves canere. | | 17 | 6 | 157 | t |
| o | | o | u | d | VII idus | | 13 | 18 | 7 | 158 | u |
| | f | | a | e | VI idus | Medardi episcopi et confessoris. | 2 | 19 | 8 | 159 | x |
| | | | b | f | V idus | Primi et Feliciani. | | 20 | 9 | 160 | y |
| u | g | p | c | g | IV idus | | 10 | 21 | 10 | 161 | z |
| | | | d | A | III idus | Barnabæ apostoli. | | 22 | 11 | 162 | a |
| | h | | e | b | II idus | Romæ Basilidis, Cyrini, Naboris et Nazarii. | 18 | 23 | 12 | 163 | b |
| a | | q | f | c | Idus | Vicinium pentecostes. | 7 | 24 | 13 | 164 | c |
| | i | | g | d | XVIII kal. | Julii.] Valerii, Rufini martyrum. | | 25 | 14 | 165 | d |
| | | | h | e | XVII kal. | Viti, Modesti, et Crescentiæ virginis. | 15 | 26 | 15 | 166 | e |
| e | k | r | i | f | XVI kal. | | 4 | 27 | 16 | 167 | f |
| | | | k | g | XV kal. | Sol in Cancrum. | | 28 | 17 | 168 | g |
| | l | | l | A | XIV kal. | Marci et Marcelliani. | 12 | 29 | 18 | 169 | h |
| i | | s | m | b | XIII kal. | Protasii et Gervasii. | 1 | 1 | 19 | 170 | i |
| | m | | n | c | XII kal. | Solstitium secundum Orientem. | | 2 | 20 | 171 | k |
| | | | o | d | XI kal. | Albani martyris. | 9 | 3 | 21 | 172 | l |
| o | n | t | p | e | X kal. | Jacobi Alphei apostoli. | | 4 | 22 | 173 | m |
| | | | q | f | IX kal. | Vigilia sancti Joannis Baptistæ. | 17 | 5 | 23 | 174 | n |
| | o | | r | g | VIII kal. | Nativitas sancti Joannis Baptistæ. | 6 | 6 | 24 | 175 | o |
| u | | u | s | A | VII kal. | Decimus mensis Ægyptiorum Episi. | | 7 | 25 | 176 | p |
| | p | | t | b | VI kal. | Romæ sanctorum Joannis et Pauli. | 14 | 8 | 26 | 177 | q |
| | | a | a | c | V kal. | | 3 | 9 | 27 | 178 | r |
| a | | | b | d | IV kal. | Leonis papæ. Vigilia apostolorum Petri et Pauli. | | 10 | 28 | 179 | s |
| | b | | c | e | III kal. | Passio apostolorum Petri et Pauli. | 11 | 11 | 29 | 180 | t |
| e | | b | d | f | II kal. | | | 12 | 30 | 181 | u |

MARTYROLOGIUM.

kal Junii origo tuum sustollit in astra nitorem,
Pamphile, martyrio doctor venerande beato,
Martyris huncque diem festum Nicomedis adornat,
IV non. Marcelline sacer, Petre exorcista quaternis
Nonis communem dignamque litatis ad aram,
Lugdunique pio Blandina vocatur honore,
Quadragena quæ simul octonaque coruscum,
Cum plebe nexit flammis undisque monile.
III non. Pergentinus item Laurentinusque cruoris
Et generis ternas gemino fulgore venustant,
Aureliana suum plebes recolitque Liphardum.
II non. Martyr et antistes pridie sacra vota Quirinus,
Accumulans proprio Christum de sanguine placat,
Nonæ. Nonis antistes fulget Bonifacius, Anglis
Editus, ad Christum Oceani qui traxit alumnos,
Eresonum puro submittens colla lavacro.
VIII id. Octonas Idus Ceratus episcopus ornat,
C Urbem qui fulsit Gratiano principe dictam.
VII id. Paulus septenas, præsul tuus, alta Byzanti.
VI id. Progenies meritumque pium quos jungit et ara,
Gildardus senas pariterque Medardus honorant.
V id. Quinas primus habet, juncto sibi Feliciano.
IV id. Quartæ Basilide, et his deno martyre vernant.
III id. Barnabas ternas exornat apostolus idem.
II id. Cyrinus pridie effulget Nazarque Naborque,
His et Basilidem festo sociamus eodem.
Idus Idus illustrat Felicula virgo cruore,
Lac, Petronella, tibi verbum, quam junxit et ætas.
XVIII k. Octavo Juli et deno ante exordia mensis,
Vates Heliseus, simul Abdiasque refulgent,
Hic quoque Valerio et Rufino martyre gaudet.
XVII k. Septeno deno Vitus cum virgine clara
Margarita martyrii splendore nitescit,
Hocque Modestus et alma nitet Crescentia virgo.
XVI k. Sedecimo Cyricus Julitta cum genitrice
Clarescit vera Christi pietate fideque.

xv k. Quindecimus septem, quinquagenisque ducentis
Martyribus jucundam mittit ad astra coronam.
xiv k. Quartum cum deno pretioso sanguine fratres
Marcellianus pariter Marcusque sacrarunt, [que.
Hunc quoque Balbinæ lustrat meritumque decus-
xiii k. Gervasius terdenum Protasiusque coronant.
xii k. Vitalisque pater natos sequitur duodeno.
xi k. Martyr Rufinusque undeno et Martia pollent
x k. Albanus decimo defendit laude Britannos
Paulinusque Nolam meritis et nomine lustrat.
ix k. Anglorum nono Edilthrud de germine fulget.
viii k. Octavo natus colitur Baptista Joannes.
vii k. Septeno Romam Luceia exornat amore,
Scampio bis deno et bino martyre læta,
De quibus Aceias socio conlucet honore.
vi k. Sextum martyr habet Paulus simul atque Joannes,
Germine, amore, fide, virtute et sanguine fratres,
Cum quibus augusto radiat Constantia serto,
Salvius et sanctus Scaldium littora visit.
v k. Hesperiam quinto antistes martyrque Zoelus
Martyribus cumula junctus denisque novemque.
iv k. Præsule quartus ovat verbi et doctore Leone.
iii k. Tertius auratam sustollit ad æthera Romam
Martyrio pariter Petri Paulique beato.
ii k. Lemovicum pridie colitur Martialis honore,
Junius his celsum festis determinat orbem.
Junius imbrifugo æstatis sub caumate fervens,
Templa, quibus festa velet de fronde canemus.

Tellurem curvo Junius proscindit aratro.

A Ardentis penetrat quoque Phœbus sidera Cancri.
Centra hic Solstitium medio, summoque coruscat.

Junius, a junioribus populi Romani appellatur: sive (ut Cyngius arbitratur) Junonius ante vocabatur, a Junone: et post, detritis quibusdam litteris, Junius dictus est. Nam et ædes Junonis Monetæ, calendis Junii dedicatæ sunt.

Intuendum est, quod in octavo anno, in quarto nonarum Junii, luna trigesima est, sed hæc Maii est. Luna autem Junii in Julio finitur.

Item anno decimo octavo in calendis Junii trigesima luna invenitur, sed hæc Maio deputatur. Luna vero Junii finitur secundo calendarum Julii.

A priori quarta feria Martii, qua jejunium celebratur, usque ad jejunium Junii, quatuordecim hebdomadæ sunt: et ab hoc tempore usque ad jejunium Septembris, sunt quoque quatuordecim hebdomadæ.

Mense Julio omnibus diebus mane jejuni, plenum calicem de aqua frigida bibant. Cervisiam, sive (ut nonnulli vocant) Medum, non bibant. Sinapim esitent.
B Lactucas manducent. Acetum bibere oportet. Et ex herbis, salviam et savinam in potiunculis bibant. quia tunc cerebrum humores producere solet.

Junius in decimo, quindenum a fine salutat.

Hora scilicet quinta, decimi diei, ut plurimum, et etiam quarta hora alterius diei, cavenda.

## JULIUS.

Septimus mensis Romanorum. Habet dies triginta et unum. Luna vero triginta. Nox horarum octo est, et dies sedecim.

Quartus mensis Hebræorum Thamuz, habet in hoc mense locum, et octavus mensis Græcorum, Phanemos.

| | | | | | | | Numerus aureus | Græci numeri lunæ | Numerus dierum Julii | Numerus dierum anni | Alphabet. 16 in anno. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | c | | e | g | Kalendæ | | 19 | 13 | 1 | 182 | x |
| | | | f | A | vi non. | Romæ Processi et Martiniani. | 8 | 14 | 2 | 183 | y |
| i | d | c | g | b | v non. | Translatio Thomæ apostoli in Edessa. | | 15 | 3 | 184 | z |
| | | | h | c | iv non. | Hudalrici episcopi. | 16 | 16 | 4 | 185 | a |
| | e | | i | d | iii non. | | 5 | 17 | 5 | 186 | b |
| o | | d | k | e | ii non. | Octava apostolorum. | | 18 | 6 | 187 | c |
| | f | | l | f | Nonæ | Villibaldi episcopi et confessoris. | 13 | 19 | 7 | 188 | d |
| | | | m | g | viii idus | Chiliani et sociorum ejus. | 2 | 20 | 8 | 189 | e |
| u | g | e | n | A | vii idus | Effren abbatis. | | 21 | 9 | 190 | f |
| | | | o | b | vi idus | Septem fratrum Philippi, Felicitatis filiorum, et sociorum. | 10 | 22 | 10 | 191 | g |
| | h | | p | c | v idus | Translatio corporis sancti Benedicti abbatis. | | 23 | 11 | 192 | h |
| a | | f | q | d | iv idus | Margaritæ virginis. Hermachoræ et Fortunati. | 18 | 24 | 12 | 193 | i |
| | i | | r | e | iii idus | | 7 | 25 | 13 | 194 | k |
| | | | s | f | ii idus | Dies caniculares incipiunt | | 26 | 14 | 195 | l |
| e | k | g | t | g | Idus | Regensuindæ virginis. | 15 | 27 | 15 | 196 | m |
| | | | u | A | xvii kal. | Augusti. | 4 | 28 | 16 | 197 | n |
| | l | | a | b | xvi kal. | | | 29 | 17 | 198 | o |
| i | | h | b | c | xv kal. | Januarii martyris. Sol in Leonem. | 12 | 30 | 18 | 199 | p |
| | m | | c | d | xiv kal. | | 1 | 1 | 19 | 200 | q |
| | | | d | e | xiii kal. | | | 2 | 20 | 201 | r |
| o | n | i | e | f | xii kal. | Praxedis virginis | 9 | 3 | 21 | 202 | s |
| | | | f | g | xi kal. | | | 4 | 22 | 303 | t |
| | o | | g | A | x kal. | Ravenna Apollinaris episcopi et martyris. | 17 | 5 | 23 | 204 | u |
| u | | k | h | b | ix kal. | Christinæ virginis. Vigilia sancti Jacobi apostoli. | 6 | 6 | 24 | 205 | x |
| | p | | i | c | viii kal. | Jacobi apostoli, et Christophori martyris. | | 7 | 25 | 206 | y |
| | | | k | d | vii kal. | Duodecimus mensis Ægyptiorum Mesore. | 14 | 8 | 26 | 207 | z |
| a | a | l | l | e | vi kal. | Antiochiæ Simeonis monachi. | 3 | 9 | 27 | 208 | a |
| | | | m | f | v kal. | Pantaleonis martyris. | | 10 | 28 | 209 | b |
| | b | | n | g | iv kal. | Felicis, Simplicii, Faustini et Beatricis | 11 | 11 | 29 | 210 | c |
| e | | m | o | A | iii kal. | Addon et Sennes. | | 12 | 30 | 211 | d |
| | c | | p | b | ii kal. | Tertulliani martyris. | 19 | 13 | 31 | 212 | e |

MARTYROLOGIUM.

Julius hinc flavis humeros redimitus aristis,
Quos supplex aris veneransque colat, memoremus.
Kal. Primus qui veteris populi legisque sacerdos
Exstitit incensi primusque litavit ad aram
Aaron ordituı Julı sacratque Kalendas,
Has quoque contemptor mundi Carilephus honorat.
vi n. Processus sextus retinet cum Martiniano
v n. Nonas martyrii læto irradiantque decore,
Pontifices quintas Anatolius Eulogiusque.
iv n. Lauriane tenes meritorum nomine quartas,
Ossaque Martini tumulo mutata venustant
iii n. Domitius ternas dicat, et clarissima Zoe
Auxit martyrio cœtumque jure beatum.
ii n. Eximius vatum pridie delectus in orbe
Martyrio Esaias virtute atque ore coruscat,
C Tranquilline, simul duplici splendore refulges,
Sanctorum genitor sanctos comitate peremptos,
Tumque Goar Christi colitur famulusque sacerque
Nonæ. Pantemnonis splendet meritumque fidesque.
viii id. Octavo ante Idus Cilianus Procopiusque,
Excellent Christum virtute et morte secuti
vii id. Audax septeno pariterque Anatol a claret.
Nec minus et contemptor opum sacer eminet [Ephrem.
vi id. Sexto germana Christo pro sorte coronam,
Progenie septena dicat Felicitas alma,
Quam genuit gratamque Deo præmisit ad aram.
v id. Martyrio quintum sancit Januarius atque
Consimili decorat Pelagia sancta nitore
Tum Beneventanis translata montibus almi,
Busta patris Benedicti nunc Liger altus honorat.

IV id. Hermagoram quarto supplex Aquileia frequentat, **A**
Antistes precibus populum qui fulcit et urbem.
III id. Tertius Ægyptum præsentat Serapioni,
Attalus et martyr cœlesti flore nitescit.
II id. Antistes pridie et martyr petit æthera Phocas,
Idus. Idibus effulgent Cassianus Syricusque,
Et Jacobus meritis celebratur episcopus amplis.
XVII k. Cum decima Augustum præsignans septima men-
Hilarinæ tuis martyr nitet optime festo. [sem,
XVI k. Sedecimam votis Carthago spectat opimis,
Martyrii plebem duodenam læta frequentans;
Scyllitana simul capiti, quos patria misit.
XV k. Quindecimam genitrix septena prole dicavit,
Symphorosa pro-pariter germine cæsa.
XIV k. Arsenius quartam denamque eremita venustat.
XIII k. Et ternam denam Philibertus sanctus adornat.
XII k. Praxedis duo dena effulget virginis, atque
Prophetæ Danielis nomine, fine fideque,
Ipsa luce pii solemnis dedicatio Petri.
XI k. Undecimam Christo felix miserante Maria,
Ornat septeno caruit quæ dæmone, quamque
Magdala progenitam signat cognomine origo:
Vandregisle, tibi hac monachorum vota recurrunt. **B**
X k. Hinc decimam præclarus Apollinaris honorat.
IX k. Mox nonam Christina, Aquila et Niceta sacrarunt.
VIII k. Octavam Jacobus Zebedei filius ornat,
Primus apostolicum vero pro rege cruorem,
Qui dedit, hunc Cucuphas Christophorusque sequun-
VII k. Septimam Adrianus tenet Æmyliusque beati, [tur
Martianus cum quis simili virtute triumphat.
VI k. Presbyter Hermelaus sexta martyrque coruscat.
V k. Quintam Nazarius cum Celso possidet, hancque
Pantaleon martyr proprio sibi sancit honore,
Insignem meritis Petri Paulique beatis,
Præsul Romanus Stephanus tum consecrat aram,
Templo quæ Dionysii gemmata refulget,
Signis martyrii, monitis visisque fideque.
IV k. Felix, Simplicius, Faustinus, et alma Beatrix,
Tricassique Lupus quartam communiter aurant.
III k. Abdon et Senen, designat tertia sanctos,
Regni quos Romæ tribuit de germine Persis.
II k. Martyrii pridie Fabium pia gloria texit,
Julius hæc orbi excedens solemnia linquit.

**Julius ergo secat gramen fenumque reservat.**

Julius prius dictus erat Quintilis; quia a primo tunc mense Martio quintus est mensis. Verum postea in honorem Julii Cæsaris dictatoris, legem ferente Marco Antonino consule, Julius appellatus est, quoniam hoc mense ad quartum Idus Quintilis procreatus est.

Sciendum postea est, in octavo anno, quod in Kalendis Julii mensis trigesima luna, secundum regulam debuit esse, sed propter tertium embolismum vigesima nona luna hæc est, et etiam mensis Julii.

Item anno decimo nono, nos qui epactas lunares a Septembre incipimus, in tertio Kalendarum Augusti trigesimam Julii lunam, saltus ratione prætermittimus, ita ut eadem die pro trigesima dicamus primam.

Sicque in Kalendis Augusti tertia sit, cum secundum regulam non esse debuerit, quatenus in Kalendis Septembris, quinta effici possit.

Mense Julio, Venere non usitent. Sanguis non minuatur ullo modo. Potionem non bibant. Rutam et salviam usitent: flores apii et uvæ bibant. Plenum calicem de aqua jejuni bibant, propter choleras solvendas.

Tredecimus Julii decimo minuit ante Kalendas.

Hora scilicet undecima decimi tertii diei, ut plurimum, et etiam nona hora illius septimi diei, cavenda.

## AUGUSTUS.

Octavus mensis Romanorum. Habet dies triginta et unum. Luna vero viginti et novem. Nox horarum quatuordecim est, et dies decem.

Quintus mensis Hebræorum Aab, habet in hoc mense locum, et nonus mensis Græcorum, Laos.

| | | | | | | | Numerus aureus. | Græci numeri lunæ. | Numerus dierum Augusti. | Numerus dierum anni. | Alphabet. 16 in anno. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | q | c | Kalendæ | Vincula sancti Petri Sanctorum Machabæorum. | 8 | 14 | 1 | 213 | f |
| i | d | n | r | d | IV non. | Stephani papæ et martyris. Sexta luna embolismi. | 16 | 15 | 2 | 214 | g |
| | | | s | e | III non. | Inventio corporis sancti Stephani protomartyris. | 5 | 16 | 3 | 215 | h |
| | e | | t | f | II non. | | | 17 | 4 | 216 | i |
| o | | o | u | g | Nonæ | | 13 | 18 | 5 | 217 | k |
| | f | | a | A | VIII idus | Sixti papæ, Felicissimi et Agapiti. | 2 | 19 | 6 | 218 | l |
| | | | b | b | VII idus | Aphræ martyris. Initium autumni. | | 20 | 7 | 219 | m |
| u | g | p | c | c | VI idus | Cyriaci et sociorum ejus. | 10 | 21 | 8 | 220 | n |
| | | | d | d | V idus | Vigilia sancti Laurentii martyris. | | 22 | 9 | 221 | o |
| | h | | e | e | IV idus | Passio sancti Laurentii. | 18 | 23 | 10 | 222 | p |
| a | | q | f | f | III idus | Tiburtii martyris. | 7 | 24 | 11 | 223 | q |
| | i | | g | g | II idus | Eupli diaconi martyris. | | 25 | 12 | 224 | r |
| | | | h | A | Idus | Hippolyti, cum aliis decem et octo. | 15 | 26 | 13 | 225 | s |
| é | k | r | i | b | XIX kal. | SEPTEMBRIS. [Eusebii presbyteri. Vigilia. | 4 | 27 | 14 | 226 | t |
| | | | k | c | XVIII kal. | Assumptio sanctæ Mariæ. | | 28 | 15 | 227 | u |
| | l | | l | d | XVII kal. | | 12 | 29 | 16 | 228 | x |
| i | | s | m | e | XVI kal. | Octava sancti Laurentii. | 1 | 1 | 17 | 229 | y |
| | m | | n | f | XV kal. | Agapiti martyris. Sol in Virginem | | 2 | 18 | 230 | z |
| | | | o | g | XIV kal. | | 9 | 3 | 19 | 231 | a |
| o | n | t | p | A | XIII kal. | Oliverii episcopi et martyris. | | 4 | 20 | 232 | b |
| | | | q | b | XII kal. | | 17 | 5 | 21 | 233 | c |
| | o | | r | c | XI kal. | Timothei apostoli. Symphoriani martyris. | 6 | 6 | 22 | 234 | d |
| u | | u | s | d | X kal. | Vigilia sancti Bartolo. Autumnus oritur, juxta quosdam. | | 7 | 23 | 235 | e |
| | p | | t | e | IX kal. | Nativitas sancti Bartolomæi martyris. | 14 | 8 | 24 | 236 | f |
| a | a | a | a | f | VIII kal. | Genesii martyris. | 3 | 9 | 25 | 237 | g |
| | | | b | g | VII kal. | Anastasii martyris, | | 10 | 26 | 238 | h |
| | b | | c | A | VI kal. | Primus mensis Ægyptiorum Thoth. | 11 | 11 | 27 | 239 | i |
| e | | b | d | b | V kal. | Hermetis, Pelagii martyrum, et Augustini episcopi. | | 12 | 28 | 240 | k |
| | c | | e | c | IV kal. | Passio sancti Joannis Baptistæ, Sabinæ virginis. | 19 | 13 | 29 | 241 | l |
| | | | f | d | III kal. | Felicis et Audacti. | 8 | 14 | 30 | 242 | m |
| i | d | c | g | e | II kal. | Paulini confessoris. | | 15 | 31 | 243 | n |

MARTYROLOGIUM. **C**

Augustus demum pleno jam farre refertus,
Quis nova sacra ferat monstremus carmine sanctos.
Kal. Quos ferus in mortem Antiochus cum matre [subegit,
Venturo sanguen, qui Christo sponte dicarunt,
Augustas retinent Machabæi jure Kalendas, [cum,
Carcere Roma Petrum celebrant vinclisque redu-
Eusebiumque suum Vercelli rite frequentant.
IV n. Nonarum Stephanus martyrque et papa beatus,
Quarto festivæ tribuit pia gaudia Romæ.
III n. Terno mox Stephani colitur solemne reperti,
Primus qui mortem Christi est moriendo secutus,
Gamaliel, Nicodemus, Abibon pariterque
Inventi voto fulgent et laude perenni.
II n. Justinus pridie proprio celebratur honore,

Presbyter in numero sanctorum cæde peremptus
Crudeli exquirens tumulis qui condecoravit.
Nonæ. Nonas Cassianus, Memmius atque Osvaldus
Rex pius Anglorum merito et virtute retentant.
VIII id. Idibus octonis mortem passura, crucemque
Christi sancta caro æthercam dedit ante figuram.
Præsul et his Sixtus Romæ martyrque colendus,
Juxta et Felicissimus Agapitusque triumphant.
VII id. Septenas pariter Donatus et Afra bearunt.
VI id. Æthereum senis penetrat Cyriacus honorem.
V id. Romanus quinis martyr milesque refulget.
IV id. Quartis Laurenti merito splendescis opimo,
Ignem qui passus tortorem vincis iniquum.
III id. Ternis flosque decusque pium petis astra, Tiburti,
Has et Goaricus confessor possidet almus.
II id. Martyrii palmam pridie capis, Euple, perennem.
Idus. Idibus Hippolytum comitem Laurentius astris,
Pro Christi parili recipit certamine passum,
Reginam meritis virtute fideque colendam
Tellus tum venerans Radegundam Aquitana fre[quentat.
XIX k. Quæ decima et nona est Septembris ante Kalendas
Eusebium Romæ sancit celebratque beatum.
XVIII k. Octava et decima mundi lux flosque Maria
Angelico comitata choro petit æthera virgo.
XVII k. Septenam denamque tenes, Arnulphe, sacerdos.
XVI k. Martyre sedecima effulget Mammete beato.
XV k. Agapitus quintamdecimam certamine sancit.
XIV k. Magnus et Andreas quarta denaque coruscant,
Septem nonaginta et quingenti comitantur,
Quos pariter sancti simul his bis mille sequuntur.
XIII k. Tertia post denam Samuele excellet ab ipsis,
Quem Domino cunis genitrix devota sacravit.
XII k. Martyris hinc duodena privati sanguine vernat.
XI k. Undecimam Romæ Timotheus passus honorat,
Æduatumque suum celebrat plebs Symphorianum,
Mater quem Christo pariter moritura dicavit.
X k. Lucius et Ptolemæus denam virtute coronant,
IX k. Bartholomæus nonam exornat retinetque beatus
India quo doctore Dei cognovit honorem,
Herculis et Bacchi insanis vix eruta sacris,
Hinc illum fama est varia pro sorte sepulcri,
Æoliam, Laparen, Beneventi et templa tenere,
Tum quoque Genesio resplendet martyre Roma,
Audoenum tumque pium Radumagus honorat.
VIII k. Octava hinc Arelas celebrat te, sancte Genesi.
VII k. Martyrio septenam Irenæus et Abundus ornant.
VI k. Rufe, tuos recolens ostendit sexta triumphos.
V k. Hermen quinta probat felici morte beatum.
Ecclesiæ lumen, populi sacra norma fidelis,
Africa quo pastore orbis doctore coruscat,
Augustine pater, festo celebraris eodem,
Aurea quem servant Italis nunc templa sepultum,
Santonus alta sui Vibiam hac fulget honore,
Urbs Alamannorum recolit Constantia sanctum,
Hac quoque Pelagium fuso pro sanguine clarum.
IV k. Præco Dei, Verbi vox et Baptista Joannes,
Quem efferæ saltanti tribuerunt jussa puellæ,
Insignit quartam meritorum laude perenni,
Virgo Sabina simul Romæ sua templa revisit.
III k. Terna cum Felice pio præcellet Adauctus.
II k. Paulinus pridie Treverorum mœnia lustrat,
Exsilio antistes vero pro dogmate clarus.
Augusti his demum clauduntur limina festis.

Augustum mensem leo fervidus igne perurit.
Augustus metit, et fruges in horrea mittit.
Herigone hic Phœbo sociat sua sidera Virgo.
His quoque consurgit Autumni tempora læti.

Augustus mensis, Sextilis antea vocabatur: donec honori Augusti Cæsaris daretur, ex senatusconsulto: eo quod ipse, die prima mensis hujus, Antonium cum Cleopatra superaverit, et imperium populi Romani firmaverit.

Considerandum est, quod in decimo sexto anno, in secundo Kalendarum Septembris, trigesima luna invenitur; sed hæc non Augusti mensis luna est, sed sexti embolismi, qui incipit quarto Nonarum Augusti mensis, nulloque nisi (*sic*) deputatur, quia omnis luna embolismi mensibus cunctis superflua est.

Item anno decimo nono in Kalendis Augusti, propter saltum lunæ, quo trigesima Julii luna transilitur, tertia luna fit: cum secunda, juxta regulam, esse debuerit.

Mense Augusto caules et malvas non comedant; agramina comedant; cervisiam minime bibant, et met. Betas non manducent, quia tunc amaræ sunt et liquidæ, et choleram nigram generant: gilganum bibant.

Augusti nepa prima fugat de fine secundam.

Hora scilicet prima primi diei, ut plurimum, et etiam septima hora alterius diei, cavenda.

## SEPTEMBER.

Nonus mensis Romanorum. Habet dies triginta. Luna vero quoque triginta. Nox horarum duodecim est, et dies etiam duodecim.

Sextus mensis Hebræorum Elul, habet in hoc mense locum, et decimus mensis Græcorum, Gorpios.

| | | | | | | | Numerus aureus | Græci numeri lunæ. | Numerus dierum Septemb. | Numerus dierum anni. | Alphabet. 16 in anno. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | h | f | Kalendæ | Verenæ virginis. | 16 | 16 | 1 | 244 | o |
| | e | | i | g | IV non. | Luna embolismi secunda. | 5 | 17 | 2 | 245 | p |
| o | | d | k | A | III non. | Benedictæ martyris | | 18 | 3 | 246 | q |
| | f | | l | b | II non. | | 13 | 19 | 4 | 247 | r |
| | | | m | c | Nonæ | Ferreoli martyris. | 2 | 20 | 5 | 248 | s |
| u | g | e | n | d | VIII idus | Magni confessoris. | | 21 | 6 | 249 | t |
| | | | o | e | VII idus | Reginæ virginis. | 10 | 22 | 7 | 250 | u |
| | h | | p | f | VI idus | Nativitas S. Mariæ virg. Corbiniani confes. Adriani martyris. | | 23 | 8 | 251 | x |
| a | | f | q | g | V idus | Gorgonii martyris. | 18 | 24 | 9 | 252 | y |
| | i | | r | A | IV idus | Audonarii episcopi. | 7 | 25 | 10 | 253 | z |
| | | | s | b | III idus | Prothi et Hiacynthi. Felicis et Regulæ. | | 26 | 11 | 254 | a |
| e | k | g | t | c | II idus | | 15 | 27 | 12 | 255 | b |
| | | | u | d | Idus. | | 4 | 28 | 13 | 256 | c |
| | l | | a | e | XVIII kal. | Octobris ] Cornelii et Cypriani. Exaltatio crucis. | | 29 | 14 | 257 | d |
| i | | h | b | f | XVII kal. | Romæ Nicomedis martyris. | 12 | 30 | 15 | 258 | e |
| | m | | c | g | XVI kal. | Romæ Luciæ Euphemiæ virginis. Geminiani. | 1 | 1 | 16 | 259 | f |
| | | | d | A | XV kal. | Lamberti episcopi et martyris. Sol in Libram. | | 2 | 17 | 260 | g |
| o | n | i | e | b | XIV kal. | Januarii episcopi et martyris, et aliorum septem. | 9 | 3 | 18 | 261 | h |
| | | | f | c | XIII kal. | Æquinoctium autumnale, secundum Orientales. | | 4 | 19 | 262 | i |
| | o | | g | d | XII kal. | Vigilia sancti Matthæi. | 17 | 5 | 20 | 263 | k |
| u | | k | h | e | XI kal. | Nativitas sancti Matthæi apostoli. | 6 | 6 | 21 | 264 | l |
| | p | | i | f | X kal. | Mauricii et Exuperii cum sociis. Emmerammi martyris. | | 7 | 22 | 265 | m |
| | | | k | g | IX kal. | | 14 | 8 | 23 | 266 | n |
| a | a | l | l | A | VIII kal | Conceptio sancti Joannis Baptistæ. | 3 | 9 | 24 | 267 | o |
| | | | m | b | VII kal. | Æquinoctium juxta quosdam, et locus indictionum. | | 10 | 25 | 268 | p |
| | b | | n | c | VI kal. | Justinæ virginis. | 11 | 11 | 26 | 269 | q |
| e | | m | o | d | V kal. | Cosmæ et Damiani. | | 12 | 27 | 270 | r |
| | c | | p | e | IV kal. | Laobæ virginis. Secundus mensis Ægyptiorum Paophi. | 19 | 13 | 28 | 271 | s |
| | | | q | f | III kal. | Dedicatio basilicæ sancti Michaelis archangeli. | 8 | 14 | 29 | 272 | t |
| i | d | n | r | g | II kal. | Hieronymi presbyteri. | | 15 | 30 | 273 | u |

MARTYROLOGIUM.

Miti September prægustans pocula Baccho,
Quos aris venerando colat memoretque canemus.
Kal. Legifer hæredem proprii quem liquit honoris
Promissam populo terram, qui sorte per astra,
Per loca, per celsos montis distinxit et urbes,
Septembres Josue tenet orditurque Kalendas
Priscus, et has martyr trabeatus sanguine lustrat,
Præsul et his Senonum Lupus æde coruscat ab alta,
Has et Verenæ rutilant solemnia sanctæ.
IV non. Quartas hinc nonas Lugduni Justus honorat.
III non. Ternis Antonine puer martyrque triumphas,
Tunc et Aristeus antistes de morte beatur.
II non. Legis divinæ lator, susceptor et autor,
Colloquio visuque Dei dignate frequenti,
Præcelso pridie tumularis monte Moyses,
Nulli post licuit cujus cognoscere bustum,
Tunc etiam Cabalon Marcelli sanguine vernat.
Nonæ Nonis Ferreolus cum Ferrutione refulget,
Donatus Capuam pariterque Arcontius ornant.
VIII id. Vates Zacharias octonas obtinet Idus.
VII id. Antistes septenas servat Evortius, atque
Regali insignis Chlodoaldus stirpe sacerdos.
VI id. Qua Deus humanam suscepit virgine formam,
Illustrat senas ortus de luce Maria,
Martyr et Adrianus Romam tum sanguine comit.
V id. Gorgonius quinas fama meritisque retentat,
Romæ quem passum nunc Gallia poscit adorans.
IV id. Sosthenes et Victor quartis memorantur eamdem
Christi pro regno sortiti et laude coronam.
III id. Prothus hinc ternas, fraterque Hiacynthus honorant.
Qui Eugeniam pariter legem docuere sacratam,
Has simul et Felix felici morte dicavit,
Martyrio Regulæ juncto pariterque beatve.
II id. Martyr mox pridie Celsus petit æthera Syrus.
Idus Idibus abba nitet merito et cognomine Amatus.
XVIII k. Octono et decimo octimbrem vocitante futurum,
Exaltata crucis fulgent vexilla relatæ,
Perside ab indigna victor quam vexit Heracleus,
Corneliusque suam virtute et sanguine Romam,
Antistes fulcit, et Cypriano læta coruscat
Carthago, insigni doctore et martyre, totum,
Ecclesiæ scribunt, cujus sacra dicta per orbem,
Præsulis hic etiam meritum celebratur Eparci.
XVII k. Septenum denum Nicomedes presbyter ornat,
Virgo tuus Petronilla comes martyrque beatus.
Pontifices ara meritis vitaque colendi,
Carnutes Leobinus, Aper, Leo quosque tuentur.
XVI k. Hinc sextodeno Martinus papa beatur,
Euphemiamque pio sanctam veneramur amore,
Lucius hoc simul excellet cum Geminiano,
Condecorat pariter passos quos laurea Christi.
XV k. Lantpertus quintum denum virtute coronat,
Factio quem cæsum semper tremebunda pavescit.
XIV k. Ore, fide antistes, signis et sanguine martyr
Methodius, quartum denum celebrandus honorat.
XIII k. Virtutis specimen patiendi, et forma decusque
Martyrii Eustathius terno denoque triumphat.
XII k. Virgoque bissenum Fausta atque Evigilasius or-
Deseruit Christo, mundi qui lucra, vocante, [nant.
XI k. Undecimum Matthæus Evangelico ore sacravit.
X k. Mauricius denum socia legione coronat,
Effuso mortem pariter quæ sanguine vicit,

A Emmerammus eum socio comitatur honore,
Quem genus insignis Britannia voce reposcit.
IX k. Nonum Tecla tenet, roseo perfusa cruore,
Liberiusque dicat Romanam papa per urbem
Levita et Sosius merito splendescit honore.
VIII k Octavum sterili conceptus ventre Joannes,
Andochiusque sacrat martyrque et presbyter almus,
Quem Tyrsus, Felixque pari comitantur amore.
VII k. Septeno Lupus antistes Lugduna revisit
Mœnia, devotæ pastor memorabilis urbi,
Ambiana micat Firmino martyre plebes.
VI k. Sexta martyr ovat Cyprianus, virgo beata
Quem Justina Dei fecit cognoscere regnum,
Artibus insanis tandem furiisque relictis.
V k. Quinto cum fratre excellet Cosma, Damiano.
Antimus hos sequitur, Leontius Euprepiusque,
Qui unum Christe tibi sertum, qui morte dicarunt.
IV k Faustus, Martialis, quartum et Januas ornant,
Martyrii trabea simul et certamine clari.
III k. Ætheria virtute potens princepsque supernæ
Militiæ Michael terno sibi templa sacravit.
II k. Interpres legis veterisque novæque probatus,
B Instructor doctrinæ, hæresis damnator iniquæ,
Hieronymus pridie Septembrem claudit ovantem.

Æquatura diem Soli cum Libra inhæret.
Libra pares lucis somnique hic efficit horas.
Sidere virgo tuo Bacchum September opimat.
September lectos terit hic cum fuste corymbos.

September, quasi *septimus imber* appellatur : eo quod septimus a Martio, primo quondam mense, numeretur, et plerumque imbribus seu nubibus obscuretur.

Considerandum est, quod in quinto anno, in quarto Nonarum Septembris, secundi embolismi luna incipit, et finitur in Kalendis Octobris trigesima, quæ nec Septembri nec Octobri deputatur.

Epactas, id est, adjectiones lunares, Ægyptios nos sequentes, a Septembri mense inchoamus, semperque ibidem novas sumimus. Sed epactæ (secundum doctissimos) cum concurrentibus, et lunari cyclo in C Kalendis Januariis mutantur.

Ad epactas vero inveniendas, semper undecim præeuntibus adduntur, ut sequentes inveniantur. Excepto decimo nono anno, quando octodecim epactis, non undecim, ut in cæteris, sed duodecim adjungimus : ut triginta epactas, quas nullas dicimus, efficere queamus.

Mense Septembri buccellas lacte infusas jejuni comedant quotidie ; et omnia quævis accipe, quia omnis esca et fructus in hoc tempore confecti sunt. De pollice sanguinem minue. Potio sit agrimonia et apii semen. Porros coctos et crudos comede. Bibe costum et mastice.

Tertia Septembris vulpis ferit a pede denam.
Hora scilicet undecima decimi tertii diei, ut plurimum, et etiam nona hora alterius diei, cavenda.

## OCTOBER

Decimus et antepenultimus mensis Romanorum. Habet dies triginta et unum. Luna vero viginti et novem. Nox horarum est quatuordecim, et dies decem.

Septimus mensis Hebræorum Thisri, habet in hoc mense locum, et undecimus mensis Græcorum, Hyperberetreos.

| | | | | | | | Numerus aureus. | Græci numeri lunæ. | Numerus dierum Octobris. | Numerus dierum anni. | Alphabet. 16 in anno. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | s | A | Kalendæ | Remigii episcopi | 16 | 16 | 1 | 274 | x |
| | e | | t | b | VI non. | Leodegarii martyris. | 5 | 17 | 2 | 275 | y |
| o | | o | u | c | V non. | Sulpicii et Serviliani. | 13 | 18 | 3 | 276 | z |
| | f | | a | d | IV non. | | 2 | 19 | 4 | 277 | a |
| | | | b | e | III non. | | | 20 | 5 | 278 | b |
| u | g | p | c | f | II non. | | 10 | 21 | 6 | 279 | c |
| | | | d | g | Nonæ. | Marci papæ. | | 22 | 7 | 280 | d |
| | h | | e | A | VIII idus | | 18 | 23 | 8 | 281 | e |
| a | | q | f | b | VII idus | Parisiis Dionysii, Rustici presbyteri, Eleutherii diaconi. | 7 | 24 | 9 | 282 | f |
| | i | | g | c | VI idus | | | 25 | 10 | 283 | g |
| | | | h | d | V idus | Eustathii presbyteri. | 15 | 26 | 11 | 284 | h |
| e | k | r | i | e | IV idus | | 4 | 27 | 12 | 285 | i |
| | | | k | f | III idus | Romæ Calisti papæ. | | 28 | 13 | 286 | k |
| | l | | l | g | II idus | | 12 | 29 | 14 | 287 | l |
| f | | s | m | A | Idus | | 1 | 1 | 15 | 288 | m |

| | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | m | | n | b | xvii | kal. | [Novembris.] Galli confessoris. | | 2 | 16 | 289 | n |
| | | | o | c | xvi | kal. | | 9 | 3 | 17 | 290 | o |
| o | r | t | p | d | xv | kal. | Lucæ Evangelistæ. Sol in Scorpionem. | | 4 | 18 | 291 | p |
| | | | q | e | xiv | kal. | Festi, Sosii, Januarii episcopi. | 17 | 5 | 19 | 292 | q |
| u | c | u | r | f | xiii | kal. | | 6 | 6 | 20 | 293 | r |
| | | | s | g | xii | kal. | In Colonia sanctarum virginum. | | 7 | 21 | 294 | s |
| | | | t | A | xi | kal. | | 14 | 8 | 22 | 295 | t |
| a | a | a | a | b | x | kal. | Octava sancti Galli. | 3 | 9 | 23 | 296 | u |
| | | | b | c | ix | kal. | | | 10 | 24 | 297 | x |
| | b | | c | d | viii | kal. | Crispini et Crispiniani. | 11 | 11 | 25 | 298 | y |
| e | | b | d | e | vii | kal. | Amandi confessoris. | | 12 | 26 | 299 | z |
| | c | | e | f | vi | kal. | Vigilia apostolorum Simonis et Judæ. | 19 | 13 | 27 | 300 | a |
| | | | f | g | v | kal. | Simonis et Judæ, qui et Thaddæus. | 8 | 14 | 28 | 301 | b |
| i | d | c | g | A | iv | kal. | Tertius Ægyptiorum mensis, Athir. | | 15 | 29 | 302 | c |
| | | | h | b | iii | kal. | | 16 | 16 | 30 | 303 | d |
| | e | | i | c | ii | kal. | Vigilia omnium sanctorum. Quintini martyris | 5 | 17 | 31 | 304 | e |

MARTYROLOGIUM.

Spumanti musto pomisque Octimber onustus,
Quis pateras calathosque ferat, memorando sequemur.

Kal. Francos qui primus docuit domuitque feroces
Remigius proprio Octimbrem præsignat honore,
Germanusque simul doctrina insignis et actu,
Tum propriam munit meritis Autisiodorum,
Qui Oceano fidei refugas et dogma nefandum
Reppulit, et signis te, picta Britannia, texit,
Hos virtute Bavo et sancto comitatur honore.
vi non. Mox sextum nonarum Leodegarius ornat
Seditione potens, quem dux populusque peremit
v non. Ewaldi meritis gente et cognomine et ara
Doctrinaque pares quintum sibi more dicarunt.
iv non. Marcus Marcianusque suo implent munere quartum
Germine, martyrio, natura et funere fratres.
iii non. Ternas tum nonas Apollinaris honorat,
Præsul templa frequens cujus Ravenna coronat.
ii non. Virgo Fides pridie hinc felici morte triumphat.
Nonis. Pontifices nonas Linus Marcusque retentant
viii id. Octavo ante idus Demetri sancte bearis,
Nomine pro Christi tortores passus iniquos.
vii id. Exemplum fidei parendi et norma salubris
Excelsi patris primum cognomine dictus,
Gentibus inde pater cœlesti sorte vocatus,
Septenas Abraham sancit retinetque beatus,
His quoque martyrio insigni trinoque coruscant
Orbem templa suo lustrantia lumine cunctum,
Dionysius æthereo qui splendet honore,
Gallia doctorem Paulo instituente beatum,
Quem meruit gemino comptum junctumque ministrum,
Domninoque Itali claro tum martyre fulgent.
vi id. Senas justitiæ titulus Loth sanctus adornat,
Cassius et Gereon, Victor, Florentius, atque
Martyrii comites plebs tum conjuncta triumphat.
v id. Quinas mox Tarcus, Probus Andronicusque coronant,
Virtutis mortisque pares quos gloria reddit.
iv id. Idus tum quartas meritis Edistius auget,
Urbs Ravenna suo celebri quo martyre pollet.
iii id. Ternas Marcellus, Faustus, Januarius implent,
Tum quoque Petre tibi Dionysique sacratum
Templum, et Chrysantho Dariæque coruscat, et ara
Tolbia cum plano quo præminet æquore castrum.
ii id. Callistus pridie antistes martyrque trophæo
Præcellens multo, et comitatus martyre fulget,
Idus. Idibus inde tibi Maurorum turba vocatur
Agrippina animis pariterque læta beatis
Militiam Christo virtute et morte dicavit.
xvii k. Septeno denoque Novembrem qui venientem
Præsignat, Gallus colitur confessor, et una
Bis centum et decies septem memorantur, iniquus
Quos furor ob Christum simili mactavit honore.
xvi k. Sedecimum sacer Antistes Florentinus ornat.
xv k. Lucas ter quinum festo officioque dicatum
Monstrat Paule tuo Christum sermone locutus,
Regni calcatrix juxta et Triphonia claret.
xiv k. Beronicus bis septeno atque pædagogia fulget.
Quos pariter quadraginta atque novem comitantur.
xiii k. Ternum cum deno Caprasi martyr honoras
xii k. Presbyter Asterius duodeno laude coruscat,
Egregia, multos docuit qui vincere sanctos
Undique bella piis diram minitantia mortem,
Hunc et Hilarion eremi bonus accola comit,
Tunc numerosa simul Rheni per littora fulgent
Christo virgineis erecta trophæa manipiis
Agrippinæ urbi, quarum furor impius olim
Milia mactavit ductricibus inclyta sanctis.

A xi k. Undecimum festo Philippus episcopus auget.
Hermas hoc ipso nitet Eusebiusque beatus.
x k. Severine tuos decimo sacer inde colonos,
Inspectas primi radians de culmine templi.
ix k. Nono quadrageni effulgent sexque triumpho
Romæ milia et sancto certamine clari.
viii k. Octavum Crispinus habet cum Crispiniano
Flammas qui passi sævum vicere tyrannum,
Gemmas martyrii geminas festo veneremur eodem
Chrysantum Dariamque novo quos munere Christi
Roma nunc vectos tumulis nova cella venustat,
Qua Rheni celsis succedunt æquora silvis,
Hilarius hic etiam nitet amplo præsul honore.
vii k. Pontifices fama signis tumulisque coruscos
Septimus ostendit vero de nomine Amandum,
Vedastumque simul meritisque et tempore junctos.
vi k. Hinc sextum martyr pugnans Vincentius ornat,
Chrysete hoc pariter Sabinaque virgo triumphant.
v k. Simonis et Judæ præcellet quintus honore,
Quos opulenta Deo Persis mittente receptis,
Fidos martyrio et signis tumulare patronos
Promeruit fidei cultrix, si deinde fuisset
B Cæsare nata micat, Decio hic Cyrilla beatus
Virgo animis et cui Decius haud editor esset,
Hic etiam matronæ colitur per littora Pharo.
iv k. Presbyter hinc retinens quartum Zenobius aurat.
iii k. Terno Marcellus Christi galeatus amore
Centuriam cœlo dignam geminamve sacravit
Martyribus bis centum et bis denis comitatus.
ii k. Quintinum pridie celebrant sua gesta beatum
Qui insigni et vario ob Christum certamine victor,
Octimbrem clauso componit in orbe ruentem.

Seminat October, quod maturum metit.
Æquat et October sementis tempore Libram.
Scorpius Autumni hinc moderatur tempora læti.

October, sicut et September, a numero et imbribus appellatur, significans quotus a Martio computetur, et quod imbribus sæpius irrigetur.

Notandum est, quod quinto anno in Kalendis Octobris, trigesima luna est, et embolismi secundi est, C luna vero Octobris in tertio Kalendarum Novembris finitur.

Indictiones in octavo Kalendarum Octobris semper incipiunt, et finiuntur, ibique mutantur.

Indictiones autem propter Regum tempora signanda, repertæ sunt scilicet, ne aliquis in temporibus error oboriri possit, quæ et propter facilitatem computandi, tantum quindecim annos complectuntur.

Mense Octobri racemos et framustum usitent, quia corpus sanat, et solutionem facit: porros leviter coctos esitent, quia crudi venenum habent, cocti ad antidotum valent. Lac caprinum aut agnilinum jejunus bibe, propter sanguinem dulciandum, et calculum discutiendum, et pulmonem curandum. Bibe cariophylum et piperum.

Tertius Octobris, gladius: decem in ordine nectit.

Hora scilicet quinta tertii diei, ut plurimum, et etiam nona decimi diei, cavenda.

## NOVEMBER.

Undecimus et penultimus mensis Romanorum, Habet dies triginta. Luna vero viginti et novem. Nox horarum sedecim est, et dies tantum octo.

Septimus mensis Hebræorum Maresuan, habet in hoc mense locum, et duodecimus mensis Græcorum, Dios.

| | | | | | | | Numerus aureus. | Græci numeri lunæ. | Numerus dierum Novembris. | Numerus dierum anni. | Alphabet. 16 in anno. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| c | | d | k | d | Kalendæ. | Festivitas omnium sanctorum. Romæ Cæsarii martyris. | | 18 | 1 | 305 | f |
| | f | | l | e | IV non. | Mariæ virginis. Quinta luna embolismi. | 15 | 19 | 2 | 306 | g |
| | | | m | f | III non. | Firminii episcopi. | 2 | 20 | 3 | 307 | h |
| u | g | e | n | g | II non. | Domnini martyris. | | 21 | 4 | 308 | i |
| | | | o | A | Nonæ. | | 10 | 22 | 5 | 309 | k |
| | h | | p | b | VIII idus | Villibrordi episcopi. | | 23 | 6 | 310 | l |
| a | | f | q | c | VII idus | Hyemis initium; habet dies nonagintaduos. | 18 | 24 | 7 | 311 | m |
| | i | | r | d | VI idus | Quatuor coronatorum. Occasus virgiliarum matutinus. | 7 | 25 | 8 | 312 | n |
| | | | s | e | V idus | Theodori martyris. | | 26 | 9 | 313 | o |
| e | k | g | t | f | IV idus | | 15 | 27 | 10 | 314 | p |
| | | | u | g | III idus | Martini Turonensis episcopi. Romæ Mennæ martyris. | 4 | 28 | 11 | 315 | q |
| | l | | a | A | II idus | Martini papæ. Arsatii martyris. Cumberti confessoris. | | 29 | 12 | 316 | r |
| i | | h | b | b | Idus | Bricii episcopi Turonis | 12 | 30 | 13 | 317 | s |
| | m | | c | c | XVIII kal. | Decembris.] | 1 | 1 | 14 | 318 | t |
| | | | d | d | XVII kal. | Findani confessoris. | | 2 | 15 | 319 | u |
| o | n | i | e | e | XVI kal. | Otmari confessoris. | 9 | 3 | 16 | 320 | x |
| | | | f | f | XV kal. | Sol in Sagittarium. | | 4 | 17 | 321 | y |
| | o | | g | g | XIV kal. | Romani monachi. Octava sancti Martini. | 17 | 5 | 18 | 322 | a |
| u | | k | h | A | XIII kal. | | 6 | 6 | 19 | 323 | b |
| | p | | i | b | XII kal. | | | 7 | 20 | 324 | c |
| | | | k | c | XI kal. | | 14 | 8 | 21 | 325 | d |
| a | a | l | l | d | X kal. | Romæ Ceciliæ virginis et martyris. | 3 | 9 | 22 | 326 | e |
| | | | m | e | IX kal. | Clementis papæ. Felicitatis virginis. Columbani abbatis. | | 10 | 23 | 327 | f |
| | b | | n | f | VIII kal. | Chrysogoni martyris. Hyems oritur, juxta quosdam. | 11 | 11 | 24 | 328 | g |
| e | | m | o | g | VII kal. | Saltus lunæ, secundum aliquos. | 19 | 12 | 25 | 329 | h |
| | c | | p | A | VI kal. | | | 13 | 26 | 330 | i |
| | | | q | b | V kal. | Quartus mensis Ægyptiorum Chœac. | 8 | 14 | 27 | 331 | k |
| i | d | n | r | c | IV kal. | | | 15 | 28 | 332 | l |
| | | | s | d | III kal. | Vigilia sancti Andreæ. Romæ Saturnini martyris. | 16 | 16 | 29 | 333 | m |
| | e | | t | e | II kal. | Nativitas sancti Andreæ apostoli. | 5 | 17 | 30 | 334 | n |

MARTYROLOGIUM.

Nunc quoque quis longa vigilet sub nocte November
Quos vigilando canat promemus carmine sanctos.
Kal. Cæsarius prima designat fronte Novembrem
Eximio cujus lætatur Roma triumpho,
Mensis et hic reliquos stellato vertice vincens,
Uno Omnes sanctos celebrans conjungit honore
Regia quos cœli pariter retinetque fovetque.
V n. Quartis Victorine sacer martyrque bearis,
Nonis his etiam Julianus, hisque Benignus
Presbyteri fulgent virtute et sanguine clari.
III n. Ternis Germanus, Vitalis, Cæsariusque,
Theophilusque pari collucent lumine festi.
II n. Hinc pridie Rutenos confessor Amantius ornat.
Nonæ Nonis Zacharias vates templique sacerdos,
Eminet oblitam nati, qui munere vocem
Vatis et officium prisco de more recepit,
Hasque sacer felix, monachusque Eusebius augent
VIII id. Idibus octonis martyr Felix celebratur.
VII id. Septenas Amarante pie de morte sacrasti,
Has quoque Villibrodus habet, quo principe plebis
Eesonum multi Christum sensere vocantem.
VI id. Claudi, Castori, Simplici, Symphoriane, et
Nicostrate pari fulgetis luce coronæ,
Senas ornantes idus merito atque cruore.
V id. Quinæ mox idus Theodoro martyre vernant.
IV id. Quartis modestus Florentia Tyberiusque
Trino martyrio, trino pro nomine fulgent.
III id Senas sanctus ovat, ternis virtute fideque,
Confessor merito officio et sermone sacerdos.
Atque fide martyr lato famosus in orbe
Martinus votis festoque vocatur eodem,
Exilium, flagella, minas, tormenta necemque
Pro Christo perpessa simul Domicilla triumphat.
II id Agrippina tuus pridie excellet Chunibertus
Leonum Sequanæ recolunt quoque littora sanctum.
Idus Idibus hinc hæres tuus, o Martine, retentat.
Brixius exilio lacrymis signisque probatus.
XIX k. Clementinus habet Theodotus Philuminusque
XVIII k. Octavam decimamque Decembres ante Kalendas,
Hac pariter passi tortoris jussa cruenti.
XVII k. Septena Eugenius martyr denaque nitescit.
XVI k Eucherius sextam cum dena Gregoriusque,
Implent Lugduni hic, Neocæsariæ ille sacerdos.
XV k. Qui decima antistes Ligeris per littora, perque
Festivos populos Amanus laude coruscat,
Æterna merito signis prece consilioque

A

Urbem qui propriam hostili de clade redemit.
XIV k. Hisychius martyr quartam denamque coronat,
Romanusque urbs Antiochi quis læta recurrit.
XIII k. Tredecimam Felicianus cum Severino,
Cumque Exuperio fidei certamine sancit.
XII k. Ponciane tibi duodenam Roma dicato
Obsequio sacrat antistes martyrque beate.
XI k. Undenam abba Columbanus sibi servat ab ipso
Oceano multis vitæ qui dogmata sanctæ
Relligione pia sparsit sermone manuque.
X k. Cæcilia illustrat denam mox sancta nitore
Perpetuo claris semper fulganda trophæis,
Virgo hinc cognato sanctoque hinc inlita marito.
IX k. Nonam papa tenet Clemens certamine et altis
Virtutum titulis mortem qui passus in undis,
Repperit extructum divino munere templum,
Tum quoque septena genitrix cum prole beato
Præcellens radiat Felicitas alma triumpho.
Hicque suos Trudon mundi contemptor adornat.
VIII k. Chrysogonus meritis octavam et funere sancit.
VII k. Septenam Petrus antistes martyrque venustat,
Urbis Alexandri populus quo præduce fultus,
Errorum curvos sprevit cæcosque meatus.

B

VI k Sextam Line sacras, roseo de sanguine papa.
V k. Martyrio quintam Agricola et Vitalis honorant.
IV k. Syleas Paule tuus quartam comes auget et ornat.
III k. Tertiam Saturnine tibi Mauroque dicamus.
II k. Andreas pridie præcellet Apostolus amplis
Virtutum fulgens radiis, titulisque per orbem,
Qui indomitos verbo signisque subegit Acheos.
Brumalem hæc claudent populorum vota Novembrem.

Scorpius hibernum præceps jubet ire Novembrem.
Sed purgat semper fruges tundendo November
Hic hiemis brumæ oriuntur frigora duræ:
Arcitenens gelido hinc contristat sidere cœlum.

November nomine suo, sicut priores, quotus a Martio sit, significat; et quod imbres sæpius habeat.

Sciendum est, quod in decimo octavo anno, quidam, qui epactas a Januario incipiunt trigesimam Novembris lunam in septimo Kalendarum Decembris, saltum lunæ ibi ponentes transiliunt, ut in Kalendis Januariis, in primo anno nona luna possit inveniri.

Notum sit omnibus hominibus, ut officium primum

de Adventu Domini, nec ante quintum Kalendarum Decembris inchoetur; nec post tertium nonarum ipsius mensis differatur; sed vel ipsis, vel in medio positis diebus, quandocumque Dominica dies evenerit, rite et absque dubio cantandum erit.

Mense Novembri et Decembri, bonum est stadium habere: venam hepaticam incidere, quia tunc temporis omnes humores sunt commoti: a balneis abstineant se, nullum penitus caput comedant: potio eorum sit cinamomum.

A

Quinta Novembris acus, vix tertia mansit in urna.
Hora scilicet octava quinti diei, ut plurimum, et etiam hora quarta alterius diei, cavenda.

## DECEMBER.

Duodecimus et ultimus mensis Romanorum. Habet dies triginta et unum. Luna vero viginti et novem. Nox horarum octodecim est, et dies tantum sex.

Octavus mensis Hebræorum Casleu, habet in hoc mense locum, et primus mensis Græcorum, Aphileos.

| | | | | | | | | Numerus aureus. | Græci numeri lunæ. | Numerus dierum Decembr. | Numerus dierum anni. | Alphabet. 16 in anno. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| o | | o | u | f | Kalendæ. | | | 13 | 18 | 1 | 335 | o |
| | f | | a | g | iv non. | | Prima luna embolismi. | 2 | 19 | 2 | 336 | p |
| | | | b | A | iii non. | | | | 20 | 3 | 337 | q |
| u | g | p | c | b | ii non. | Barbaræ virginis | Quarta luna embolismi. | 10 | 21 | 4 | 338 | r |
| | | | d | c | Nonæ | | Delphini exortus. | | 22 | 5 | 339 | s |
| | h | | e | d | viii idus | Nicolai episcopi et confessoris. | | 18 | 23 | 6 | 340 | t |
| a | | q | f | e | vii idus | Octava sancti Andreæ. | | 7 | 24 | 7 | 341 | u |
| | i | | g | f | vi idus | | | | 25 | 8 | 342 | x |
| | | | h | g | v idus | | | 15 | 26 | 9 | 343 | y |
| e | k | r | i | A | iv idus | Eulaliæ virginis. | | 4 | 27 | 10 | 344 | z |
| | | | k | b | iii idus | Damasi papæ. | | | 28 | 11 | 345 | a |
| | l | | l | c | ii idus | | Halcyona per dies quatuordecim. | 12 | 29 | 12 | 346 | b |
| i | | s | m | d | Idus. | Luciæ, et Otiliæ virginum. | | 1 | 1 | 13 | 347 | c |
| | m | | n | e | xix kal. | Januarii.] | | | 2 | 14 | 348 | d |
| | | | o | f | xviii kal. | | | 9 | 3 | 15 | 349 | e |
| o | n | t | p | g | xvii kal. | | | | 4 | 16 | 350 | f |
| | | | q | A | xvi kal. | | | 17 | 5 | 17 | 351 | g |
| | o | | r | b | xv kal. | | Sol in Capricornium. | 6 | 6 | 18 | 352 | h |
| u | | u | s | c | xiv kal. | | | | 7 | 19 | 353 | i |
| | | | t | d | xiii kal. | Vigilia sancti Thomæ apostoli. | | 14 | 8 | 20 | 354 | k |
| | p | a | a | e | xii kal. | Nativitas sancti Thomæ. | Solstitium hyemale. | 3 | 9 | 21 | 355 | l |
| a | a | | b | f | xi kal. | | | | 10 | 22 | 356 | m |
| | b | | c | g | x kal. | | | 11 | 11 | 23 | 357 | n |
| e | | b | d | A | ix kal. | Vigilia Nativitatis Domini | Solstitium, juxta quosdam. | 19 | 12 | 24 | 358 | o |
| | c | | e | b | viii kal. | Nativitas Domini. | Anastasiæ virginis. | | 13 | 25 | 359 | p |
| | | | f | c | vii kal. | Passio sancti Stephani. | | 8 | 14 | 26 | 360 | q |
| i | d | c | g | d | vi kal. | Joannis apostoli et Evangelistæ | | | 15 | 27 | 361 | r |
| | | | h | e | v kal. | Sanctorum Innocentum. | | 16 | 16 | 28 | 362 | s |
| | e | | i | f. | iv kal. | | Quintus mensis Ægyptiorum Tybi. | 5 | 17 | 29 | 363 | t |
| o | | d | k | g | iii kal. | | | | 18 | 30 | 364 | u |
| | f | | l | A | ii kal. | Sylvestri papæ. | | 13 | 19 | 31 | 365 | x |

MARTYROLOGIUM.

Kal. Eligius Noviome tibi sub luce Decembrem
Prima designat, condigno præsul honore
iv non. Vero et Securo quartis litat Africa nonis.
iii non. Cassianoque eadem libat sub martyre ternis.
ii non. Tum pridie cum Victorio præcellet Heracleus.
Nonæ Dalmatius martyr nonas Crispinaque servant.
viii id. Octonas idus Nicolaus episcopus ornat.
vii id. Septenas retinet Polycarpus cum Theodoro.
vi id. Eutychiane nites senis Felici papa cruore
Has quoque Zenon habet conjuncto martyr honore.
v id. Sebastianum quinis celebramus ab urbe
Translatum, proprio quo Gallica rura patrono
Exsultant, ingens templum, cui surgit et ara,
Antiquoque nitent æquantia culmina fastus,
Has quoque virgo sibi meritis Leucadia sancit.
iv id, Eulaliam sancto quartis veneramur amore,
Hispanam Emeritam, cujus cruor ossaque servant.
iii id. Roma litat Damasi ternis solemnia papæ,
Occurrunt, parilemque simul Victoricus, atque
Fuscianus habent festi votique nitorem,
Ambiana virent, quorum nunc rura cruore
Hermogenes, Donatus, bis denique coruscant.
ii id. Tum pridie et bini conjuncto sanguine sancti.
Idus Idus Syracusa tibi Lucia dicavit,
Paschasium Christi pro nomine passa tyrannum,
Spiritus immobilem quam fecit sanctus iniquis
Esse viris, Vidoch pariter Colerisque sacerdos,
Egregiæ Oceani cedunt cui sæpe procellæ.
xix k. Nonum cum decimo jam de more calendas,
Qui vocat antistes Nicasius auget honore,
Spiridionque die præsul celebratur eodem.
xviii k. Octavum cum deno Maximine retentas,
Aureliana ferax præbent, cui rura Lyæum.
xvii k. Impia qui Assyrii temserunt jussa tyranni,
Quorum nec crepitans valuit terrere fidelem,
Constantemque animum fornacis flamma furentis,
Terni septeno et decimo pueri memorantur.

B

xvi k. Ignatius sanctus deno sextoque triumphat,
Antiochenæ urbis pastor martyrque, ferarum
Quem dentes panem vivum fecere, sequuntur
Quem fuso ob Christum Ruphus Sosinusque cruore
xv k. Quindecimus denum Moysitis sanguine vernat.
xiv k. Quartum cum deno Zosimus Dariusque coronant
xiii k. Terno cum decimo antistes Zephyrine coruscas.
xii k. Translati Thomæ celebrat duodenus honorem,
Aurea quo structore Dei cognoscere regnum,
India promeruit signis comitata tremendis.
xi k. Undecimum celebrat triceno martyre Roma.
x k. Victoria Christi decimus de virgine fulget.
ix k. Nono venturæ cumulantes munera luci
Lumina pervigilesque aras, et templa paramu ,
Virginibus quadraginta hic splendet quoque cœlo,
Quæ dignam vitam voto et virtute dicarunt.
viii k. Octavo servi dignatus sumere formam,
Errantemque hominem veniens revocare Creator,
Partu virgineo mortales induit artus,
Eugeniam quoque tum memoramus Anastasiamque
Consimili Christum comitatas mente fideque.
vii k. [Septimus hinc Stephano Levita et martyre primo

C

Excellet natum regem passumque beata,
Qui vita atque fide pugna est et morte secutus.
Anni supremum dicemus tempore mensem,
Quorum festa colat, brevibus referatque diebus
vi k. Dilectus Domini, verbi inspectorque superni
Pectore de Christi fontem, qui haurire perennem
Promeruit, sextum sancit lustratque Joannes.
v k Uberibus matrum rapuit quos dira cupido
Regnandique sitis, Christum dum perdere natum
Herodes cupit, infantes quinto veneramur.
iv k. Vates rexque pius divinæ et stirpis origo
Insignit quartum David sermone fideque,
Urbsque Arelas Trophimo gaudens pastore coruscat.
iii k. Mansuetus ternum, simul et Florentius ornant.
ii k. Sylvestri pridie Romanam papa per urbem
Lætantis populos votis sibi subdit amicis,
Pontificum primus tranquillam cernere pacem

Qui meruit, dominosque orbis purgare lavacro,
Virgo Columba simul palmam virtute perennem
Percepisse suo Christum comitata cruore,
Cumque Potentiano Sabinianus eodem
Occurrit festo, æquales ara atque triumpho,
Urbem qui Senonum primi docuere patroni :
Hæc tandem claudunt extremum festa Decembrem.

Terminat Arcitenens medio sua signa Decembris.
Solstitio hinc patet, celsos remeante dies,
Incipit hinc Phœbus conversus adaugere lumen.
Ecce suem fastos parat nunc iste Decembres.

December, a numero et imbribus (sicut priores tres proximi) nominatur. Hos autem decem menses Romulus ordinavit, uni triginta et unum, alteri vero triginta alternatim dies tribuens, et omnes in trecentis et quatuor diebus concludens. Sed postea Numa, quinquaginta dies et unum in duobus mensibus addidit annumque ad lunæ cursum pene computans. Post hunc tandem Julius ille Cæsar decem dies adjecit, annumque in trecentis sexaginta quinque diebus et sex horis, ad solis cursum (ut etiam hodie servatur) instituit.

In anno decimo tertio, in Kalendis Decembris, trigesima luna est; sed hæc quinto embolismo, qui quarto Nonarum Novembris incipit, deputatur. Luna vero Decembris, in tertio Kalendarum Januarii finitur. Luna primi embolismi in quarto Nonarum Decembris incipit, et in secundo Kalendarum Januarii finitur.

Mense Decembri caules non comedant, quia ex illis sanguis de se venit infusi veneno cauli : spicum Judaicum bibe.

Dat duodena cohors septem, inde decemque Decembris.

Hora scilicet prima septimi diei, ut plurimum, et etiam hora octava decimi diei, cavenda.

## ANNI DISTRIBUTIO.

In his versibus tot syllabas, quot dies sunt in civili anno, nempe trecentos sexaginta quinque, juxta quas syllabas invenies quoto die cadunt feriæ magis celebres : quilibet mensis anni, binos habet versus.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Januarius, mensis I. | Cisio Janus Epiphaniis dic dona magorum,<br>Vincit ovans Agne, nova Paulum lumina vertunt. | XXXI dies. | Capric. et Aquario. |
| Februarius, m. II | Et purgata parens ad templum ducit Jesum,<br>Sede doces sacra cum Petro Mathia gentes. | XXVIII dies. | Aquario et piscibus. |
| Mars, m. III. | Evocat ad studium puerile Gregorius agmen,<br>Æterni Patris gratum Mariæ tenet alvus. | XXXI dies. | Piscibus et Ariete. |
| Aprilis, m. IV. | Præsulis Ambrosii laudes imitare sacerdos.<br>Et pellant equites Georgi more tyrannos. | XXX dies. | Ariete et Tauro. |
| Maius, m. V. | Læta Crucis Helenæ reperit pia cura trophæa,<br>Vinea quam [*F.* quum] floret plebs Urbanum celebrabit. | XXXI dies. | Tauro et Geminis. |
| Junius, m. VI. | Ardua solis equos trahis ad fastigia Vite,<br>Agni monstrat onus sed Baptistes tibi Petre. | XXX dies. | Geminis et Cancro. |
| Julius, m. VII. | Jam Mariæ sobolem Baptista salutat in alvo,<br>Afficit Herodes nece Jacobum Zebedæum. | XXXI dies. | Cancro et Leone. |
| Augustus, m. VIII. | Vincula post Petri patitur Laurentius ignes,<br>Impie mœche dabas meretrici colla Joannis. | XXX dies. | Leone et Virgine. |
| September, m. IX. | Ægidius celebrat Mariæ virginis ortum,<br>Quo combusta die Solymorum mœnia narrant. | XXX dies. | Virgine et Libra. |
| October, m. X. | Christe tuas leges Celtis Dionysius affert,<br>Scriptis Luca tuis fruimur, docuit Simo Persas | XXXI dies. | Libra et Scorpione. |
| November, m. XI. | Pannonius docuit Gallorum Martius oras,<br>Fertilis Elisabeth cantat Turingia laudes. | XXX dies. | Scorp. et Sagittario. |
| December, m. XII. | Post casti sacra Nicolei longissima nox est,<br>Fausta dies celebrat tibi Christum virgine natum. | XXXI dies. | Sagittario et Capric. |

*Mensium nomina.*

XII menses. — Ja., Fe., Mar., Ap., Ma., Jun., Jul., Aug., Sept., Oct., Nov., Dec.

*Septimanæ litteræ.*

VII litteræ dierum. — Grandia frendet equus, dum cernit belliger arma

*De adventu.*

Cadit hæc feria 26 Novembris. — Adventus Domini sequitur solemnia Lini,
Dominica semper præ Barbar. incohat Advent.

*Quatuor anni partes.*

19 Nov., 22 febr., 25 Maii, 24 Aug. — Elisabeth hiemem dat, Petrus ver cathedratus
Æstuat Urbanus, autumnat Bartolomæus.

Hæc XII Zodiaci signa, inserviunt ita his XII mensibus.

*Quatuor angariæ.*

Lucia, 13 Decemb., Crux, 14 Sept., — Feriam temporum affectant jejunia quartam,
Cinerem, et quæ Luciam, Spiritum sequitur Crucem.

alia duo mobilia.

*Quatuor temperaturæ.*

Æstas sicca calens, Autumnus siccus et algens,
Friget et humet Hiems, calidum Ver sitit humensque.

*Æquinoctia.*

17 Sept., 24 April. — Lambert. Gregori, nox est æquata diei.

*Solstitia.*

15 Jun., 13 Decemb. — Vitus, Lucia, sunt duo solstitia.

*De bissexto.*

24 Februarii. Bissextum sextæ Martis tenuere Kalendæ,
Posteriore die celebrantur festa Mathiæ,
Sabbata si teneant ibi, non alibi celebrantur.

*Dies mensium.*

Triginta Aprilis, Juni, Septemque, Novemque.
Uno plus alii. Viginti Februus octo :
At si bissextus fuerit, superadditur unus,
Et tunc bis sexto Martii conscribe Kalendas.

*Kalendæ, Nonæ, Idus.*

Sex nonas Maius, October, Julius et Mars,
Quatuor at reliqui. Dabit Idus quilibet octo.
Vendicat Ausonias Saturna Juno Kalendas.

*Anni dies.*

L, x, v, tria ccc, sex horas continet annus :
Hæ Bissextilem dant, quarto quolibet anno.

# DE EMBOLISMORUM RATIONE COMPUTUS.

## JANUARIUS, PRIMUS MENSIS.

| Numerus aureus. | | | | Decennovenalia. 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | Numerus dierum hujus mensis. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 16 | A | Kalendæ | | 9 | | 1 | | 23 | | 15 | | 7 | | 29 | | 21 | | 13 | | 5 | | 27 | 1 |
| 5 | b | VI | non. | | 21 | | 13 | | 5 | | 27 | | 19 | | 11 | | 3 | | 25 | | 17 | | 2 |
| 13 | c | V | non. | 11 | | 3 | | 25 | | 17 | | 9 | | 1 | | 23 | | 15 | | 7 | | 29 | 3 |
| 2 | d | IV | non. | | 23 | | 15 | | 7 | | 29 | | 21 | | 13 | | 5 | | 27 | | 19 | | 4 |
| | e | III | non. | 13 | | 5 | | 27 | | 19 | | 11 | | 3 | | 25 | | 17 | | 9 | | 1 | 5 |
| 10 | f | II | non. | | 25 | | 17 | | 9 | | 1 | | 23 | | 15 | | 7 | | 29 | | 21 | | 6 |
| | g | Nonæ | | 15 | | 7 | | 29 | | 21 | | 13 | | 5 | | 27 | | 19 | | 11 | | 3 | 7 |
| 18 | A | VIII | idus | | 27 | | 19 | | 11 | | 3 | | 25 | | 17 | | 9 | | 1 | | 23 | | 8 |
| 7 | b | VII | idus | 17 | | 9 | | 1 | | 23 | | 15 | | 7 | | 29 | | 21 | | 13 | | 5 | 9 |
| | c | VI | idus | | 29 | | 21 | | 13 | | 5 | | 27 | | 19 | | 11 | | 3 | | 25 | | 10 |
| 15 | d | V | idus | 19 | | 11 | | 3 | | 25 | | 17 | | 9 | | 1 | | 23 | | 15 | | 7 | 11 |
| 4 | e | IV | idus | | 1 | | 23 | | 15 | | 7 | | 29 | | 21 | | 13 | | 5 | | 27 | | 12 |
| | f | III | idus | 21 | | 13 | | 5 | | 27 | | 19 | | 11 | | 3 | | 25 | | 17 | | 9 | 13 |
| 12 | g | II | idus | | 3 | | 25 | | 17 | | 9 | | 1 | | 23 | | 15 | | 7 | | 29 | | 14 |
| 1 | A | Idus | | 23 | | 15 | | 7 | | 29 | | 21 | | 13 | | 5 | | 27 | | 19 | | 11 | 15 |
| | b | XVII | kal. | | 5 | | 27 | | 19 | | 11 | | 3 | | 25 | | 17 | | 9 | | 1 | | 16 |
| 9 | c | XVI | kal. | 25 | | 17 | | 9 | | 1 | | 23 | | 15 | | 7 | | 29 | | 21 | | 13 | 17 |
| | d | XV | kal. | | 7 | | 29 | | 21 | | 13 | | 5 | | 27 | | 19 | | 11 | | 3 | | 18 |
| 17 | e | XIV | kal. | 27 | | 19 | | 11 | | 3 | | 25 | | 17 | | 9 | | 1 | | 23 | | 15 | 19 |
| 6 | f | XIII | kal. | | 9 | | 1 | | 23 | | 15 | | 7 | | 29 | | 21 | | 13 | | 5 | | 20 |
| | g | XII | kal. | 29 | | 21 | | 13 | | 5 | | 27 | | 19 | | 11 | | 3 | | 25 | | 17 | 21 |
| 14 | A | XI | kal. | | 11 | | 3 | | 25 | | 17 | | 9 | | 1 | | 23 | | 15 | | 7 | | 22 |
| 3 | b | X | kal. | 1 | | 23 | | 15 | | 7 | | 29 | | 21 | | 13 | | 5 | | 27 | | 19 | 23 |
| | c | IX | kal. | | 13 | | 5 | | 27 | | 19 | | 11 | | 3 | | 25 | | 17 | | 9 | | 24 |
| 11 | d | VIII | kal. | 3 | | 25 | | 17 | | 9 | | 1 | | 23 | | 15 | | 7 | | 29 | | 21 | 25 |
| | e | VII | kal. | | 15 | | 7 | | 29 | | 21 | | 13 | | 5 | | 27 | | 19 | | 11 | | 26 |
| 19 | f | VI | kal. | 5 | | 27 | | 19 | | 11 | | 3 | | 25 | | 17 | | 9 | | 1 | | 23 | 27 |
| 8 | g | V | kal. | | 17 | | 9 | | 1 | | 23 | | 15 | | 7 | | 29 | | 21 | | 13 | | 28 |
| | A | IV | kal. | 7 | | 29 | | 21 | | 13 | | 5 | | 27 | | 19 | | 11 | | 3 | | 25 | 29 |
| 16 | b | III | kal. | | 19 | | 11 | | 3 | | 25 | | 17 | | 9 | | 1 | | 23 | | 15 | | 30 |
| 5 | c | II | kal. | 9 | | 1 | | 23 | | 15 | | 7 | | 29 | | 21 | | 13 | | 5 | | 27 | 31 |

Summopore notandum est, quod undecimo anno in quarto Nonarum Januarii luna finitur quarti embolismi, qui inseritur secundo Nonarum Decembris anno decimo, et luna Januarii finitur in Februario.

*Tetrastichon ad hunc mensem primum.*

Mensis amat tepido Jani decurrere victu,
Et refici grato sæpe liquore jubet :
Vena tibi nullos exsudet secta cruores,
Sed calida fas est mergere corpus aqua.

## FEBRUARIUS, MENSIS SECUNDUS.

| Numerus aureus. | | | | Decennovenalia. 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | Numerus dierum hujus mensis. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 11 | d | Kalendæ | | | 21 | | 13 | | 5 | | 27 | | 19 | | 11 | | 3 | | 25 | | 17 | | 1 |
| | e | IV | non. | 11 | | 3 | | 25 | | 17 | | 9 | | 1 | | 23 | | 15 | | 7 | | 29 | 2 |
| 19 | f | III | non. | | 23 | | 15 | | 7 | | 29 | | 21 | | 13 | | 5 | | 27 | | 19 | | 3 |
| 8 | g | II | non. | 13 | | 5 | | 27 | | 19 | | 11 | | 3 | | 25 | | 17 | | 9 | | 2 | 4 |
| | A | Nonæ | | | 25 | | 17 | | 9 | | 2 | | 23 | | 15 | | 7 | | 29 | | 21 | | 5 |
| 16 | b | VIII | idus | 15 | | 7 | | 29 | | 21 | | 13 | | 5 | | 27 | | 19 | | 11 | | 4 | 6 |
| 5 | c | VII | idus | | 27 | | 19 | | 11 | | 4 | | 25 | | 17 | | 9 | | 2 | | 25 | | 7 |
| | d | VI | idus | 17 | | 9 | | 2 | | 23 | | 15 | | 7 | | 29 | | 21 | | 13 | | 6 | 8 |
| 13 | e | V | idus | | 29 | | 21 | | 13 | | 6 | | 27 | | 19 | | 11 | | 4 | | 25 | | 9 |
| | f | IV | idus | 19 | | 11 | | 4 | | 25 | | 17 | | 9 | | 2 | | 23 | | 15 | | 8 | 10 |